¶ Tandem manifeste probatum est quod corpora mundi sunt quinq;. Predeclarato etiam quod elemēta sint spherice figure: qz ambiuntur a corpore spherico. Et quia dicta elementa continēt motus orbium hinc inde mouentur elementa z miscentur: z generationes contrarie z corruptiones in ideis non in speciebus. z q; si aliquis supercelestium motuum cessaret: ordo totius vniuersi destrueretur: vel si esset etiam destrueretur: aut esset alius ordo: z quod nullus horum motuum est sine necesse esse aut sine bene esse: z omnia ista clare probata sunt in singulis locis tam ab Arist. quam a suis posteriorib⁹. ¶ Prelibatis igitur istis pertractabimus dispensare in Algazelis obiectionibus cum auctoritatibus ad demonstrationem circunstantium magis quam dicta huius hominis. ¶ Et dicemus quod imaginandum est quod quelibet spherarum supercelestium est viua prout constituitur ex corporibus terminatis in figura z mensura: z mouentur de seipsis erga terminatas partes. et quodcunq; sic se habet videlicet quod quā do videmus corpus terminatum in quantitate z qualitate mobile de seipso in loco ab aliqua terminata parte non parte cuiusdā extrinsece ret: z quod simul z semel moueatur ad oppositas partes. Dicendum est diffinitiue: quod tale corpus est animatum: dicimus tamen quod corpus supercelestе non ab aliqua causa extrinseca moueat: qz ferrum mouet a lapide magnetis: quādo ille lapis est presens extra. Unde istis prelibatis sequitur quod in corporibus supercelestibus sunt signati naturaliter scilicet poli mundi sic quod impossibile est quod sint alibi. sicut enim animalia presentia propria membra in locis propriis operibus signata: et non decet quod sint alibi vt dicamus membra motus: que sunt in propriis animalium locis. ¶ Et quia poli animati spherice figure sunt similes membris motus nostrorum animalium: z nulla est differentia in hoc inter animalia spherice figure: z infpherice: nisi quod in nostris animalibus differunt membra predicta in figura z potentia: in animali spherice figure differunt tantum in potentia: z ideo opinati sunt loquentes quod membra huius animalis non differant aliquo modo: vnde dicunt quod possibile est polum mundi esse in quibuscunq; duobus punctis fuerint in ipsa sphera: z ideo deridendum est de verbis dicentis quod motus cuiusdam nostrorum animalium fieri possit in quocunq; loco sui corporis. data est namq; diuina prouisio in quocunq; animali vt motus eius consistat in proprio loco ipsius videlicet in meliori naturaliter. Similiter recte dicendum in supercelestibus

UVA. BHSC. IyR_120_2

corporibus de ipsorum polis: eo quod corpora orbium non sunt vna in specie multa in numero: immo sunt multa in specie sicut est individuum animalium vniuersalium: quamuis non inuenia tur de illa specie nisi vnum individuum. ¶Et hoc modo re spondendum est ad questionem: quare orbes mouentur ad di uersas partes: quia prout orbes sunt animati pertinet quod mo ueantur a partibus terminatis: & versus terminatas partes vi delicet dextra et sinistra: et ante et retro. que terminate partes sunt in quibuscunq; animalium motu: sed in diuersis differunt: in figura et potentia: et in celestibus corporibus in potentia tan tum: et huiusmodi ratione optinatur Aristoteles quod celi ha bent sex extremitates: et ideo dicimus quod diuersitas par tium celorum motuum ad diuersitatem ipsarum in specie proce dit: et hoc est proprium in predictis corporibus scilicet quod cor pora supercelestia differunt in specie diuersitatis partium ipso rum motuum. Unde considerandum est quod primum corpus celeste est vnum animal per se: cuius natura est: aut secundum necessitatem esse: aut secundum bene esse quod moueatur motu cum omnibus suis partibus: videlicet diuino motu: et de natura aliorum orbium quod moueantur versus contrariam partem: et quod pars motus vniuersalis est nobilior partibus. prout hoc corpus nobilius est omnibus corporibus: et nobilibus mobili bus debet attribui nobilior pars in suo motu: et omnia ista in suis locis probata sunt demonstratiue. Unde frater mi si tibi placuerit veritatem diligere: pone intellectum tuum ad state ram ponderandum inter phantasmata huius hominis: et flo res philosophorum: et tandem impossibile est quod orbium or do sit per alium ꝑmodum.

¶In hac solutione Auerrois tria facit. primo ponit sententiam verboꝝ grosso modo. secundo ibi (quorum sententia) exponit subtilius verba eius. tertio ibi (sed philosophi respondent) declarat sententiam philosophorum & sapientum: & quid bene et quid male dixit Alga. ¶Quantum ad primaꝫ partem reducit sententiam eius in duobus punctis: quorum secundus po nitur ibi (secundum vero predictorum) de primo dicit. dicimus nos quod sententia horum verborum concluditur in duobus: primum quod ipse cō cedit est: quod impossibile est in voluntate presenti quod distinguat rem a suo simili: vult dicere quod loquendo de voluntate nostra que dicit vo luntas presens: qꝛ nobis manifesta. verꝫ est. q; si ei presenteñ duo similia: simpliciter impossibile est distinguere: vnam illarum. s. rerum a suo simili inquantū simile. Deinde ponit modū quomodo volūtas presens eligit po tius vnum similiū magis altero. d. & intellectꝰ sine dubio indicat esse deno minationem talis vere in agente primo. vult dicere q; ꝛ voluntas vnum similium non eligat magis: attamē intellectus facit eam denominare eli-

UVA. BHSC. IyR_120_2

gere potius vnum ꝯ alterum:eo qꝫ intellectus est primo in agẽte cũ operatio presupponat cognitionẽ vt Auer.declarauit auctoritate Themistij 17.me.cõ.8. ¶Debes scire ꝙ volũtas est certa: ꝛ de se illimitata ad effectꝰ similes:sed qꝫ ipsa sequit cõprehensionẽ: ideo eligit effectũ illũ quem sibi ratio dictat ꝛ presentat.vt declarauit Aristo.in libro de causa motuũ animalium.ꝛ.3.de aia.vide(Et ꝙ hoc)nunc probat istam primã propositionẽ. et intendit probare ꝙ deus hoc modo prouidentia intellectus eligit per voluntatem sicut facit hominis volũtas.et dicit.ꝛ qui hoc negaret esset sicut opinatꝰ esset.i.esset ac si diceret ab aliquo ꝙ hic nullũ est ens infra mũdũ neq; extra.qm̃ oia si sunt:a deo esse debẽt:sed si deus nõ agit illo modo nullum ens erit a deo:ꝛ per cõsequens apparet vis primi puncti.(Et ideo sequitur)iste textus potest dupliciter cõtinuari ad precedentẽ:vt possum concipere.vno modo vt sit secũda ratio ad probandũ voluntatẽ esse in deo:que ratio est quasi ex auctoritate antiquorũ quos narrat Auer. met.12.meta. cõmen.39.ꝙ hec sunt in deo.equiuoce ꝛ per cõsequens sunt in deo.Uel potest exponi melius ꝙ Alga.infert correlariũ ex dictis dicit. et ideo sequit ex hoc ꝙ voluntas dicit in deo:ꝛ in homine equiuoce:cuius rationem ex dictis tangit dicẽs.sicut dicit scientia idest intellectus;cui subordinat volũtas.ꝛ aliꝫs de nominationibꝰ q̃ in deo sunt:ꝛ hec expositio est melior.(Et hec sunt verba.)Hic textus potest exponi iterum duobus modis. Uno modo vt dicamus quodpostꝫ contradixit maiori quc erat.duo similia presentata vni voluntati:non magis vnum eligitur ꝯ alterum. vult contradicere minori que erat: sed effectus dei sunt similes scilicet esse mundi ꝛc.dicit et hec sunt verba dialecticalia.i.minor est ficta non demonstratiua:cuius rationem innuit dicẽs.id nãq; quod cogit tãtum talem denominationẽ ponere.vz.appropriare quãdã magis ꝯ suũ simile. est sine dubio positio idest quia ponitur voluntates horũ esse similes. Cui respondet dicẽs ꝛ tamen non sunt.immo'opponuntur:quod declarat dicẽs.omnia enim opponentia idest opposita reducuntur ad esse:ꝛ ad priuationem.i. ad contradictionem que formaliter.i.per se primo opponuntur:et oppositio generalis contradictoriorum est similitudinis idest potest saluari in similibus.et tũc recolligit sol.dicẽs,patet ergo ꝙ hoc quod ponebant.vz.qõd res in quas voluntas respicit sunt similes:est falsum.immo sunt opposita contradictorie;quoniã esse ꝛ non esse contradicunt:et sic est de esse mundi: ꝛ non esse eius. Et per hoc apparet sol.ad maiorem et ad minorem.ꝛ hic est primus modus exponendi. ¶Potest exponi secundo modo vt dicamꝰ ꝙ hic Auer.Arguit contra Alga.et tu considera: quoniã primus modus est melior:vt videtur plus consonus verbis arabicis:et ordini premisso vt vides.(Secundum vero predictorum.)Nunc vult ponere secundum punctum Alga.et dicit.secundum vero predictorum duorum.in verbis huius hominis est ꝙ ipse dicit sic philosophis:et ponit illud quod loquitur philosophis dicẽs,vos sup.o philosophi opinamini ꝙ non oportet appropriare rem a suo simili.vult dicere.creditis non esse differentiam a volũtate in electione alterius scilicet rei a suo simili.Tunc arguit contra eos.d.mundus factus namq; est ꝛ productus a sua causa dante sibi esse ꝛ propriam figuram.tunc dicit.quare ergo appropriatus fuit in istomodo:vult dicere: et nõ sub modo opposito simili:cum sit manifestum apud vos ꝙ distingui aliquid a suo simili in intellectu:aut in consequentia naturali ideſt simili tudine naturali sit falsum apud vos.vult dicere.ergo ex quo nec intellectꝰ diuinus:nec voluntas eius potest distinguere inter duo similia.Cum igit mundus isto modo factus:ꝛ illo modo opposito sint similia non erit productus a

Volũtas est certa ꝛ illimitata de se ad sibi effectus,

ductus a primo motore:vt in tempore:nec in eternum:hec sunt verba huius hominis.(quorum sententia)Vult modo subtilius exponere verba ei? ⁊ ponit secūdū punctum primo.d.quorum.s.verborū in secūdo puncto dictoꝝ suia est:q̄ opꝫ philosophos cōcedere:esse denominationē in agente primo appropriantem rem a suo simili.i.q̄ opꝫ concedere q̄ in deo sit potentia discretiua vnius rei a suo simili.Quod declarat.d.videtur enim possibile mundum esse in aliam figuram:preter hanc quam modo retinet:⁊ i aliā quantitatem preter istam scilicet maiorem vel minorem.et si sic.omnia ergo sunt similia in natura sui esse.Est ergo punctus questionis contra philosophos in hoc:quoniam mundus inquantum mundus est possibilis sub duobus modis oppositis.ergo non magis fuit productus a deo siue aeterno:siue in tempore sub dispositione presenti cꝫ sub oppositā. Hec forma arguendi valet contra eos sicut contra theologos.(Et si forte.) Inducit responsionem philosophorum:⁊ redarguit cos.d.et si forte philosophi dicerent quod hoc verum esset in temporibus priuationis mūdi.vult dicere quod illa potestas in vtroq̄ modo est vera ante tempus essendi mūdi.modo in proposito nullum fuit tempus ante eius creationem in quo mundus fuit sub non esse.ante enim creationem nullum erat tempus principalius alio:quia productio seu creatio nunc̄ fuit.vult dicere in tempore nouo.Sed quia theologi ponunt ante esse mundi tempus verum vel imaginatum.ideo tunc vere fuit possibilitas in vtroq̄ modo factionis:et argumentum contra eos procedit:non autem contra philosophos. (Nos respondemus.)Adhuc Alga.nititur destruere opinionem philosophorum d.nos respondemus eis q̄ creatio mundi in nobiliori tempore:vult dicere.concedo quod esse mundi fuit in tempore:⁊ dico quod eodem modo quo nobis arguunt:arguemus eis:⁊ arguit.d.si due sunt res omnino similes absq̄ aliqua differentia.videlicet esse mundi sub forma presenti:⁊ magnitudine presenti:⁊ esse sub quantitate maiori vel minori:⁊ figura alia: petendum est quare magis fuit vna earum ad esse cꝫ altera.videlicet quare magis motus orbium tendit versus quandam partem:cꝫ versus cōtrariam.Similiter quia puncta polorum mundi magis appropriata fuerūt vbi sunt:cꝫ alibi:⁊ declarat possibilitatem vtriusq̄ partis.d.quelibet nāq̄ duo puncta diametraliter in sphera opposita possibilia sunt esse poli ea dem sphera:quare cogimur dicere:quod appropriari duo puncta polorū prouenit necessario a quadam denominatione dante eisdem duobus punctis naturam polorum.vult dicere a voluntate primi motoris que appropriat illa puncta esse polos:ergo conantur philosophi concedere corpora supercelestia non esse homogenea.⁊ ipsi totum contrariū opinantur.videlicet quod corpus celeste est summe simplex.⁊ ideo retinet simpliciorem figuram scilicet sphericam.vult ergo dicere quod aut poli sunt ad voluntatem aut ex natura.Si primum:habetur q̄ sunt poli facti a voluntate dei. si a natura.ergo corpora celestia sunt diuersarū naturarum:⁊ per consequens contra philosophos etiam.et sic quomodocunq̄ sequitur argumētum contra theologos factum esse contra philosophos : hec est sententia verborum Alga.in prefato capitulo. (Debes scire quod virtus argumenti Alga.consistit in hoc:quoniam philosophi euadebant a questione cꝫtum ad hoc q̄ esse mundi fuit eternum.modo contra arguitur . quoniam esse polorum ⁊ motuum est temporale vel possibile sub vtroq̄ modo in tē pore:et igitur oportet ponere in deo voluntatem qua ille sic sint.⁊ non sub opposito:⁊ per consequens habent dicere quod negant.(Sed philosophi.)Antequam hāc partem exponam:dico q̄ duo sunt que difficultatē

UVA. BHSC. IyR_120_2

faciunt Auerro. primum ex quo puncta illa sunt contingenter poli: quare celum monetur magis versus. a. punctum: q̄ versus. b. punctum. ergo oportet vel dicere motum esse causalem vel dicere hoc subesse volūtati primi principis. ⁊ sic habetur intentum. Secundum est ex quo esse mundi potuit secundum eius essentiam esse sub dispositione opposita ad illā in qua modo est: quare non fuit. vel igitur casu fuit: vel vt supra oportet recurrere ad voluntatem primi: et ista duo tangit vis argumenti. Alga. ⁊ Alber. 8. phȳsic. quasi formaliter fecit hoc argumentum. ¶ Istis propositis videtur mihi quod auer. duo faciat primo preponit duo quasi fundamenta solutionis. secundo ibi. (Et hoc modo respondendum.) Respondet ad formā argumenti primi et secundi. ¶ Quantum ad primam partem. primo ostēdit quinq̄ esse corpora in mundo. secundo ibi. (Prelibatis igitur istis.) ponit secundum fundamentum ad propositum eius. Dicit ergo in prima p̄te. Sed philosophi respondent quod probatum est demonstratiue: q̄ mūdus est ex q̄nq̄ corporibus. videlicet ex corpore celesti: quod non est neq̄ graue neq̄ leue: et quatuor corporibus elementalibus: quorum quoddā est graue absolute: vt terra que est centrum omnium orbium. vult dicere centrum naturale. et quoddam leue absolute: vt ignis: et alia duo elementa scilicet aqua et aer que sunt huiusmodi in respectu: vt dictum ē in libro celi. (Et causa) Ault modo dare causam istarum p̄prietatū elementorum. ⁊ dicit. et causa grauitatis terre est: q̄ est in maxima distātia a motu orbiū. Et dat causam alterius. d. et per contrariam causam ignis est in summa leuitate. Et dat causam aliorum. d. et quia alia duo elementa sunt interposita inter terram et ignem: ideo existunt mixta, de duabus predictis naturis scilicet leuitate ⁊ grauitate.

Quarta questio. **Circa istam** partem occurrit questio: quoniam oē corp⁹ causans corpus: vel aliquid eius debet esse imemoratum et: vl̄ secundum se: vel sm aliquid sui: vt. 7. phȳsi. colligitur: maxime commē. 10.

¶ Secundo arguitur priuatio nullius positiui est causa. modo distātia ē quedam priuatio: cum sit carentia situs ad celum: ergo nō est causa grauitatis terre. ¶ Ad istam questionem sunt plures modi dicēdi. prim⁹ est: q̄ō immediata causa grauitatis est frigiditas. Sed q̄ causa caloris est mot⁹ celestis. ij. celi. ter. commen. 42. ideo frigiditas causatur a priuatione motus celestis. et sic granitas ab illa frigiditate. Et quia leuitas ⁊ grauitas sunt oppositē: ideo leuitas causatur a calore: et ita ignis est leuis: quia p̄ pinquus celo. ¶ Contra quoniam effectus positiui dz cā esse positiua: modo frigiditas est effectus positiuus: ergo non a priuatione causatur. ¶ Secundo arguitur. si sic: ergo vbi plus de frigiditate: ibi plus de grauitate: sed plus aqua est frigida q̄ terra: vt. 2. de generatione capitur: ergo erit grauior terra contra ipsum hic. ¶ Adhuc quidam volant defendere opinionem istam. Et dicunt duo. primum q̄ frigiditas est duplex: sicut calor duplex. quidam enim est calor celestis: ⁊ quidam calor elementalis. vt. 12. meta. cō. 18. et in de substantia orbis habetur: ita duplex est frigiditas: quedam celestis: et quedam elementalis. prima opponitur ad calorem celestē. secunda calori elementari. hec distinctio colligitur. 2. celi. commē. 101. Secundo dicunt q̄ quia frigiditas celestis causatur ex priuatione causarum caliditū: ideo dicunt q̄ frigiditas celestis nihil aliud est: nisi priuatio caloris: non q̄ effectum positiuum ponat: sed tantum priuationem caloris. est enim terra aqua frigidior ista frigiditate: quia pl⁹ priuata calore celestis corporis: eo q̄ aqua est propinquior celo: et causis calefactionis. frigiditas autez elementi est effectus positiuus: sicut et calor. ¶ Istis habitis ad

Prim⁹ modus rādēdi.

Contra.

Defensio

UVA. BHSC. IyR_120_2

primum dicit q frigiditas elementi est effectus positiuus:r istius causa est positiua:vt dicetur sed frigiditas celestis non est ni si sola priuatio caloris:et istius causa est priuatiua.scilicet carentia causa rum calefaciētiū.

¶Ad secundam patet solutio:quoniam in aqua est scilicet plus de frigiditate elementi:non autem celestis. ¶Sed adhuc ego non possum bene intelligere solutionem istam:quia nihil haberet auerro.quoniam si frigiditas de qua loquitur est celestis:tunc non haberet intentum:qm̄ vt dicūt ista ē sola priuatio caloris formaliter et potentialiter priuatio causarum caloris.modo arguitur vt prius:quoniam grauitas est effectus positiuus:r frigiditas causa r ens priuatiuum:ergo vt prius illa non erit cā grauitatis. impugnatio.

¶Ad hoc dicit quidam meus socius padue:q forte sicut apud auerro. cōceditur duplex frigiditas:ita duplex grauitas cuius prime est causa frigiditas celestis:r secunda causa secunde.et sicut frigiditas celestis est sola priuatio caloris:ita grauitas celestis erit sola priuatio leuitatis. pō alia.

¶Ad formam dicebat quod frigiditas illa non est causa entis positiui:sz priuationis iterum. ¶Sed adhuc dubito:quoniam aqua apud istos frigiditate elementali est frigidior terra:ergo grauitate elementali erit grauior:consequentia patet:qm̄ vbi erit plus de causa naturali naturaliter agente:erit plus de effectu naturali nāliter causato:p̄z est contra totam philosophiam:r maxime contra auerro.hic. impugnatio

¶Secundo si sic:tunc daturdupler leuitas positiua in corpore igneo existens:quoniam ibi opponit leuitas grauitati:consequens est notum:r nondum concessuz ab aliquo. pō quorundam.

¶Aliter dicunt.alij:r est secundus modus dicendi.s.q vna tantum est frigiditas.s.elementi que est priuatio caloris:id est res priuata calore.volūt enim quod duo dicat.s.qualitatem illam que est frigiditas:et carentiam caloris:r volunt q quia hec frigiditas nō est intenta a natura:ideo causatur per accidens a corporibus celestibus:nec inconuenit quod priuatio sit causa effectus positiui per accidens:et dicunt quod ista frigiditas est maior in terra.q̄ in aqua propter causam auer.hic.et.ij.celi. cōmē.102.et quando dicitur.ij.perihēr.aqua est primum frigidoruz:intelligūt quo ad sensum nostrum:qm̄ plus mutatur a frigiditate aque propter inconsuetudinem q̄ ab illa terre:r hoc tangit primo phy si. impugnatio.

¶Hic habitis patet solo questionis.volunt enim q terra est grauior:q frigidior:est autem frigidior:quia plus distat a corporibus celestibus per motum calefacientib⁹. ¶Hic modus licet sumat a Thoma.ij.celi.attamē peccat apud me:qm̄ nō videtur verum:q frigiditas non intendatur a natura:quoniam illud per quod constituitur in esse corpus necessarium in mundo est intentum per se a natura:sed per frigiditatem constituitur in esse terra:ergo ꝛc. ¶Secūdo illud quod est causa operationis nature est intentum a natura.frigiditas est hmōi.est enim cā frigefactionis que est operatio plus q̄ naturalis.alia argumenta contra hoc tetigi in libro de substantia orbis. ¶Scōm in quo peccat est:quoniam omnes fere concordes sunt in hoc q aqua est frigidior terra.est enim ignis primo calidus:aer primo humidus:aqua primo frigida:et terra primo sicca:vt dicit philosophus scōo de generatione:et certum est quod non equiuocat de ly primo in isto ordine.Et etiā declaratum est quod non potest ordo elementorum aliter esse. ibidē vide qm̄ esset longum. ¶Ideo ad questionem istā videt mihi esse dicendum:q sola frigiditas non sit causa grauitatis:quoniam tunc aqua cēt grauior: nec sola siccitas:quoniam tunc ignis esset grauis:imo grauior aqua ad minus.dico ergo q frigiditas est causa sub certo gradu commixtionis ad siccitatem. Unde sicut colores extremi sunt causa mediorum sub certis pō ppa.

UVA. BHSC. IyR_120_2

proportionib⁹ ita frigiditas est causa grauitatis; pront est cum certa ppor-
dubitatio tione ad siccitatem. ¶ Sed dices quare siccitas non est cā grauitatis sub
Solo. certa proportione ad frigiditatē sicut; ecōtra. ¶ Jam apparet solo: qm illa
nō est de qualitatib⁹ actiuis: sicut frigiditas: ideo potⁱ illud attribuit frī-
Replica. giditati q̄ siccitati. ¶ Contra adhuc: qm si frigiditas est cā grauitatis sub
illa ppōne: caliditas nō poterit esse causa leuitatis sub aliqua alia qūo
cunq; proportione ad siccitatem eiusdem speciei. ¶ Respondeo: q̄ sicut mā
Solutio. est vna numero omnium sub diuersis dispōnibus: ita siccitas est vna spē
ambarum sub diuersis: proportionibus: ꝛ sic negatur ꝓntia. ¶ Ad argumē
tum modo, ad primum patet solutio. priuatio enim motus seu corpus ce
leste nō ē causa grauitatis: sed concausa concomitans: sed causa est vt di
xi. ¶ Ad secundum dicendum vt prius quod auerro. non tetigit causam
Quitaqō grauitatis terre: sed concomitans illam causam: et sic intelligitur dictum
eius in secundo celi: ꝛ alibi.

Secunda questio

principalis est circa elementa media. ait em̄
ea esse mixta ex duabus naturis. vult dicere
scilicet quodlibet est mixtum ex grauitate ꝛ leuitate. modo hoc videt fals-
sum: quoniam quodlibet elementum est eque simplex: sicut ꝛ alte ꝙt. 4.
celi: declaratum est: ꝛ philosophus in omnibus locis ponit tanq̄ manife-
Pō quo- stum quatuor esse corpora simplicia generabilia et corruptibilia: ergo di
rundam. ctum auer. patitur difficultatem. ¶ Circa istam questionē breuiter quidā
viri dicunt quatuor esse qualitates sensibiles: et duas motiuas in corpori
bus simplicibus. volunt enim quod ignis sit summe leuis terra summe
gravis: aer sit compositus ex grauitate et leuitate: plus tamen ex leuitate:
aqua eodem modo ex leuitate et grauitate: licet plus de grauitate. volunt
enim quod sicut apud auer. color medius non est essentialiter ꝛ realiter:
nisi extremi sub certa proportione: ita hmōi qualitates medie sunt quali-
tates extreme sub certis proportionib⁹ diuersis. et sicut color medius dif
fert specie ab extremis per accidens: ita ꝛ hmōi medie qualitates differunt
specie ab extremis. Qualitas ergo motiua aeris non est nisi grauitas et le
uitas refracte ad certum motum fractionis. Et similiter etiam qualitas
motiua aque: ꝛ hanc opinionem accipiunt ab auer. primo celi. cōmē. 17. et
4. celi. com. 26. ꝛ. 29. et pro eis facit multum verbum auer. hic. d. ꝛ qr alia
duo elementa interposita sunt inter terram et ignem: mixta exist̄ de duo
bus predictis naturis: ecce quomodo aperte et manifeste tangit hunc mo
dum. Et per hoc ad primum. dicendum enim quodlibet esse eque simplex ī
substantia: non aūt in q̄litatibus: ꝛ ēt ly illa qualitas motiua sit cōposita:
impugna qr tamen compositio illa non diuersificat operationem illius pōt ꝛ dz ppor
tio. tari tanq̄ simplex: et sic potest saluari dictum auer. ¶ Cōtra istam opinio
nem est solitum argui sic: cuiuslibet motus ꝛ operationis simplicis causa
principalis et instrumentalis debet vt sic esse simpler. hec propositio de-
claratur in primo celi: per totam scōam summā: sed motus elementi est sim
plex operatio et simpler actus: ergo cā principalis. ſ. nā elemēti ꝛ instrālis:
scilicet qualitas motiua debent esse simplicia. ¶ Secundo in quocūq; cor
pore sunt plures qualitates motiue motus est semper a qualitate domina
te: vt auerro. declarat primo celi. commen. 7. Cum igitur in elementis me
diis sint iste plures motiue qualitates: motus illorum erit a domino qua
litatis dominantis: ꝛ sic motus elementorum erit sicut motus corporum
mixtorum: cuius contrariū dicit auer. ¶ Tertio arguitur: ꝛ suppono pri
mo quod qualitates elementorum sunt intensibiles ꝛ remissibiles ſm in-
tensionem ꝛ remissionem forme ſbalis scilicet apud auer. 3. ce. cō. 67. ꝛ hoc

UVA. BHSC. IyR_120_2

est verū tam de actiuis ꝙ motiuis: qm̄ motiue sequūt actiuas. Tūc arguo in quo cūq; est forma sūalis elemētorū subesse intēso ⁊ perfecto: ibi est q̄litas tam actiua ꝙ motiua perfecta sub esse intēso: vt ex supposito apparet: sz in corporibus medijs forme substātiales sunt perfecte: ⁊ sub eē intēso: ergo vt prius. ¶Quarto arguitur. cū qualitates motiue apud aristo. 4. celi causentur ab actiuis: a quo causant hmōi qualitates: ergo sic dētur licētia fingendi: aut vnus effectus habebit causas diuersarum rationum: aut effectus erit sine causa propria ⁊ per se: ⁊ nolo deducere consequentiam: sz tu considera. ¶Propter ista que ego feci et multa alia antiqua argumenta communis opinio est: quod qualitates motiue sunt quatuor specie ⁊ numero diuerse in corporibus specie ⁊ numero diuersis et quod quelibet illarum sit sub esse intenso in proprio elemento. verbi gratia: qualitas motiua terre in ea est sub esse intenso: ⁊ qualitas motiua aque in ea est sub esse intenso: et sic grauitas aque: et grauitas terre sunt diuersarum specierum: sicut leuitas aeris: ⁊ leuitas ignis: ⁊ sic iste qualitates sunt specie diuerse: ita et motus illi sunt diuersi in specie propter diuersitatem terminorum ad quos. ¶Sed pro dicto Auerro. debes scire quod mixtio quando capitur: prout est alteratorum vnio: vt in fine primi perthermenias dictum est: quando ꝙ prout est denominatio secundum diuersorum rationem: ⁊ respectus diuersos: sic in proposito: quia grauitas illa aque dicitur deorsum respectu ignis ⁊ aeris: ideo dicitur grauitas: et quia respectu terre est sursum: ideo dicitur leuitas: et ideo vocatur aggregata propter respectus diuersos: et sic de leuitate dicatur: et ideo in terra est grauitas in summo ideſt simpliciter: ⁊ leuitas secundum denominationem: ⁊ sic de illa ignis: et sic satisfit argumentis pro ⁊ contra. et dictis Auerro. que videntur repugnare. ¶Quia tamen prima opinio sepe est habita pro vera: ⁊ videtur Simplicij plane: quarto celi: vt ibidem declarauī. ¶Ad argumenta cōtra illam dicendum primo quod aliquod esse compositum contingit dupliciter. vno modo in ratione essendi: et sic omne ens separatum a materia et subiecto dicitur simplex: et per contrarium ens in materia dicitur compositum. Secundo modo aliquid dicitur compositus in ratione principijs: eo quia pro vno eiusdē concurrunt principia diuersarum rationum: ⁊ p contrariū simplex in ratione principij erit q̄ pro vno effectu concurrit secūdum vnam rationem ¶Ad formam argumenti dico quod illa maior debet intelligi de simplici vel in ratione essendi: vel in ratione principiandi: et sic intelligendo maiorem negatur minor: quoniam vt sic licet ille due q̄litates sint composite inuicem: quia tamen in ratione principij non componuntur: ideo debent dici simplex. ¶Ad secundam dicerem illa opinio ꝙ antecedens debet intelligi vbi sunt plures qualitates: et sub ratione essendi et sub ratione principiandi: modo in proposito negatur minor. sunt. n. ratione refractionis redacta ad vnam rationem principij: ⁊ sic intelligitur dictum Auerro. primo celi. ¶Ad tertiam: licet mihi solutio fuerit valde difficilis Bononie vbi disputaui hanc opinionem: attamen dixi quod qualitas motiua dicitur duobus modis vna. Aut in ratione essendi: ⁊ sic ibi sunt plures qualitates remisse ⁊ refracte certa proportione vt dixi. aut ratione proportionis: et sic ille due qualitates debent dici vna qualitas pro quanto certa proportione sunt redacta ad rationem vnius principij motiui: et ista qualitas est intensibilis ⁊ remissibilis secundum intensionem ⁊ remissionem forme substantialis: eo quia remissa forma substantiali remittitur proportio illa que est alicuius latitudinis: et sic variatur velocitas ad intra vnitatem qualitatis motiue: pro quanto remanet latitu-

pō cōis.

Solo argumēto ꝓ pmāopinionem.

UVA. BHSC. IyR_120_2

do proportionis vna a principio remissionis forme vsq; ad finem: ꝛ sic defensant hāc opinionem in scholis meis Padue multotiens. Opinionē istā ꝛ alia argumēta scripsi alibi: ꝛ solui alibi. (Unde si corpus) hic infert correlarie necessitatem corporis celestis. primo ex dictis: secundo ibi. (Preterea mundus) probat illud a principali intento. Dicit ergo. vnde. i. qꝛ terra est frigida ratione distantie ad motum celi: ꝛ ignis calidus ratione propinqꝛtatis. sequitur q; si corpus orbiculare nō esset: nulla istarum naturarū esset: ꝛ exponit. d. neq; sursum: neq; deorsum esset naturaliꝛ vult dicere nullū corpus naturaliter deorsum locaretur: neq; relative: neq; motus elementorum sic se habere. vult dicere. sic q; vnus esset ad concauum altera ad oppositum punctum: vt dictum est. ¶Sed est questio: hec conclusio p quem locum tenet: ex quo dictum est illam distantiam nō esse nisi p comitantem. Respondet q; ibi predicatur esse multiplex locus. s. a causa ab essentialiter inherēte. a casu ꝛ multis alijs. A causa. qm̄ celum ꝛ si nō sit causa generans: est tā agens cōservans: ꝛ est forma respectu elemētorum. vt patet primo meteororum: et est finis. ꝛ sic est ibi locus causet: ꝛ est ibi cōcomitantia essentialis: qm̄ dictū est q; si est terra grauis opꝛ vt sit frigida: non potest esse frigida nisi essentialiter p comitanter esse distantem a motu celi: ꝛ etiam est locus a casu: ꝛ tu immorare ibi. (Preterea mundus) nunc probat idez alia ratione principali ꝛ non correlaria: ꝛ virtus sue rationis est. Id est necessarium in esse alterius quod requiritur ad hoc vt aliud sit finitum ꝛ stans dimensionibus terminatis. Sed corpus celeste est necessarium ad hoc vt mundus habeat esse finitum. ergo ꝛc. huius tangit primo vim minoris. d. preterea mundus finitus est ratione corporis spherici: prout illud corpus finitum est de sua natura ꝛ de ipso circuitu est ab vna superficie. sup. contentum. vult ergo habere minorem. s. q; corpus celeste est necessarium ad esse limitatum ꝛ finitū elementorum ꝛ totius mundi. Deinde tangit vim maioris. d. ꝛ corpora recta dimensionibus. i. sin dimensiones nō sunt finita per se quin possint diminui ꝛ augeri: ꝛ per hoc vult habere vim maioris: ꝛ tu vide probationem primo celi commen. 4. qm̄ ibi declarauī totum hoc. (quare hmōi ratione) hic infert correlarium ex isto primo. d. quare huiusmodi ratione opꝛ q; corpus ambiens mundum. i. elementa: que mūdus inferioꝛ dicitur primo meteororum: sit sphericum: cuius rationem breuiter tangit. d. alioquin sequetur aut q; corpora perueniāt ad alia corpora. vult dicere recta: ꝛ illa vltrius ad alia: ꝛ sic ad infinitum: aut q; finient ad vacuum vt dicebat Jo. grāmaticus: ꝛ ambo sunt impossibilia. ¶Sed accidit questio: qm̄ octauus orbis etiam finitus est: ꝛ per q̄s: aut finietur ad vacuum circuiēs ipsum: aut ad aliud corpus: ꝛ sic argumentum est vnum vtriq;. ¶Ad questionem dicebat Democritus ꝛ Leucippus ꝛ Joannes grāmaticus q; extra corp⁹ octauum erat vacuum infinitum: ad quod terminabantur corpora celestia: ad que terminantur elementa vt dictum est. Huius autem causa tangitur ab Alexan. primo celi vt refert Simplicius: eo qꝛ ibi potest esse motꝰ: quoniaꝛ si esset homo ibi posset extendere brachium: ꝛ non extenderet ipsum in pleno: ergo in vacuo. Secundo arguebant: vt narrat Auer. 4. physi. commen. 43. ꝛ. 45. quoniam omne corpus physicum et naturale localiter per locum qui est superficies alicuius corporis ambientis: ꝛ per cōsequens octauus orbis locabitur per superficiem vacui: ꝛ sic vt supra. ¶Sed hnic opinioni contradicit philosophus in summa quarta primi celi. ꝛ. 4. physico. prope finem. probat enim quod extra mundum nihil est: neq; plenum neq; vacuum: sed entia optimam vitam ducentia: vt dicit primo celi. commento. 100. Arguit etiam philosophus primo celi. textus commento.

Dubitatio. Soluto.

Dubitatio. Soluto.

Impugnatio.

UVA. BHSC. IyR_120_2

95.mundū constare ex tota sua materia: ⁊ sic nihil extra ipm inueniri: ⁊ tu cōsidera rōnes Arist. ibidem. ⁊ 8. physi. ¶ Ad questionem ergo respōdebat Auēpace: ⁊ post ipsum Auer. primo celi cōmen. 4. dicebat. n. Auēpa. vt narrat. 4. physi. cōmē. 43. q corpus sphericum ⁊ corpus rectū differūt: eo quia sphericū ꝑm eius rōnē intrinsecā incīptū sphericū finitur p se ⁊ nō p aliud ex trinsecū. rectum autem econtra. per propriam rōnem nō finitur sed per aliquod extra se: ⁊ ideo corpus celeste nō finitur ad va cuū: neq; ad pleuū. accidit enim spherico contineri: propriū em̄ est eius cōtinere magis q̄ contineri: vt dicit Auēpa. ⁊ sic apparet vis rōnis Auer. quare aūt hec q̄dē ꝑm eius rōnē cōtinet: illud vero cōtinetur in expositione cōmēti quarti primi celi. dictum quere. ¶ Ad obiectiones. Ad primā dicit Alex. q illo casu manus vel brachiū non posset extēdi. Et cū arguitur nihil sibi resistit: ergo in infinitū velociter extēdetur. Dico q resistētia est duplex. positiua ⁊ priuatiua: vel melius nō resistere duobus modis: vel in medio ente: vel in medio non ente. primo modo arguit motū in infinitū velocitari: ⁊ in infinitū velocitari motū. ſcō modo aufert oīno rōnem motus: ⁊ sic rñdet in summa Alers. vt potui colligere ex verbis Simplicij. ¶ Ad ſcām Auēpa. dirit quod dictū illud intelligitur in corporibus rectis: in sphericis autem accidit locari: sicut eis accidit contineri. Auer. autē. 4. physicorum. commen. iam dicto. et Ari. in lib. de cā motū ā talium dicunt q corpus celeste ⁊ maxime octauus per centrū supra quo ⁊ circa quod mouetur locatur: ⁊ questiones accidentes huic in questione mea facta in puericia mea quere: q̄m ibi forte subtilius scripsi q̄ debui quare ⁊c. (Tandem manifestum) hic redit ad propositū: ⁊ infert ex dictis corrclarium. d. tandem manifestum est q corpora mundi sint quinq. ſ. quatuor cōtenta: ⁊ vnū continens. ¶ Dubitatur: q̄m vel distinctio specifica corporum ponit in numero: vel nō. ſi non: ergo vnum est elementum: q m elemēta tm̄ specie differūt. ſi ponit in numero: non tantum quinq̄ erunt corpora: q̄m corpora celestia differunt specie: sicut ⁊ motus eorum: modo multo plures sunt motus celi q̄ elementorum. 12. metaphy. ter. commen. 48. ¶ Ad questionem dicit quidam homo huius temporis q in rei veritate plures sunt motus ⁊ corpora q̄ vnum. sed Aristo. satiffacit vulgo: qui tantum iudicat diuersa: que sensu videntur diuersa: ⁊ quia corpora celestia non iudicantur sensu diuersa: ideo ea computat pro vna natura: quia vt dicit secundo topicorum loquendum vt plures: sentiendum vt pauci. ¶ Sed hec solutio est derisibilis. Arist. enim in scientia demōstratiua nō loquitur vulgaribus. ¶ Preterea vt dicit Auer. quarto celi etiam naturam ignis esse diuersam a natura aeris non nisi forti ratione compertum est. ¶ Preterea phi non nisi sensu inuenerunt corpora celestia diuersa vt apparet per astrolabia ⁊ alia instrumenta regularia. Tandem dico qō Auer. secundo celi. commen. 49. respondet ⁊ dicit quod motus celi diuersi non differunt tanq̄ motus totales: sed, tanq̄ motus membrorum: ⁊ ideo omnes illi constituunt vnum motum totalem: ⁊ potest tota natura celi dici vna natura totalis: licet sint ibi plura membra: ⁊ plures motus: et tu vide: quoniam Auerro. respondet argumentis Auicenna ibidem. (predeclarato etiam quod elementa) hic infert aliud correlarium dicens: predeclarato: idest. tanq̄ declaratum accipitur q elementa sint spherice figure: cuius rationem dicit: quia ambiuntur a corpore spherico. ¶ Sed dubitatur adhuc circa idem: quoniam pauloante dictum est corpora elemento contineri: eo quia sunt recte figure: ⁊ econtra. corpus sphericum. ¶ Ad hoc dicit auerrois. 2. celi. commento. 108. quod corpus elementum limitare sibi figuram sphericam naturaliter est duobus modis. essentialiter ⁊

Soło ad Qōnem.

Dubitatio

Solutio

Impugnatio.

Soło ꝑpa

Dubitatio

Solutio.

UVA. BHSC. IyR_120_2

Quo ens-
tā limitāt
sibi figu-
rā sphęri-
cā: z quo
rectam.

inseparabiliter: z naturaliter separabiliter. primo modo nō: qm̄ solū celum limitat sibi figurā sphęricā. scdo modo sic: qm̄ iz elementū possit stare sub quacunq; figura: attamē vniuersalius stat sub sphęrica: licet possit stare sub opposito eius. z ideo qz pōt stare sub opposito opz vt terminet p id qō essentialiter est tale. s. celum. verū nō determino nūc elemēta esse figure rotunde naturaliter: sed alias dicā: z dixi. (Et qz dicta elemēta) tertio infert tertiū corrolarium. d. z qz motus orbiū ptinet dicta elemēta: ideo elementa mouentur hinc inde z propter idē miscent z generationes z trarie: z corruptiōes sup. fiunt in individuis nō in speciebꝰ: sicut dicit Arist. 2. pihermenias. ter. cōmen. 56. (Deinde infert aliud. d. z si aliquis supcelestium motuū cessaret ordo totius vniuersi destrueret: ummo si esset celū sine motu adhuc oſterneretur: aut esset nonus ordo. z qōnes accidentes huic quere in penultimo capitulo de substantia orbis in expōne mea. (Deinde infert aliud. d. z ptz qz nullus horum motuū est sine necesse esse. i. motoribus: aut sine bene esse. i. intellectus que dicunt bene esse motu si: qm̄ numerus motuū est p numeruz intelligentiarū. z addit qz oia ista clare probata sunt in singulis locis tam ab Arist. cꝫ a suis posteriorib⁹. (z prelibatis igit istis) Cum accepit primum fundamentum: vult modo accipere aliud: z primo ptinuat se ad precedētia d. prelibatis igit istis ptractabim⁹ dispensare in obiectionib⁹ Alga. cum auctoritatibus. i. rōnibus auctēticis ad demōstrationē circūstantium. i. ascultantium magis: sup efficaciter cꝫ sint dicta huius hominis. Post ptinuationem ponit scdm fundamētum quodāmodo tanꝫ cōclusionem. d. z dicemus qz imagmandum. qz quelibet sphęrarū supercelestium est vna. hec est celu flo. s. quodlibet corpus celeste secundum altero est vnuz. Et primo tangit vim rōnis eius: que est in prima figura: cuiꝰ minorē accipit. d. prout. i. qm̄ constituit ex corporib⁹ terminatis in figura in mensura: z mouebit de seipsis. i. ab intrinseco: ergo terminatas partes. (Deinde accipit maiorem. d. z quodcunq; sic se habet. vz. qz quando videmus corpus terminatum in cꝫtitate z qualitate mobile de seipso i loco ab aliqua terminata parte: nō parte cuiusdam extrinseci rei. i. per pedes vel brachia: vel scardas: vel ab aliquo attrahente ipsum: z qz simul z semel mouetur ad oppositas partes discendū est difficultiue qz tale corpus est animatū. ecce igitur maior z minor.

Quinqz modis differūt animata ab inanimatis

(Circa limitationē propositionū. s. maioris z minoris debes scire qz viuū differtja non viuente primo modo: qm̄ omne viuens requirit corpus terminate cꝫtitatis: z hoc innuit p terminari mensura. Fingūt enim sapientes qz elementum vt sic pōt crescere ad infinitū: vt apparet scdo de anima. vbi dicitur qz si ignis apponat ꝑbustibile in infinituz creseeret ignis. vbi dicit qz nō sic est corpus viuens cum sit determinate magnitudinis z augmenti: z sic dicit notanter terminatis in mensura. (Secundo differt viuens: qm̄ omne viuens est limitate z certe figure: quoniam vt dicit Auer. tertio celi. commen. 67. figura est de dispositionib⁹ essentialib⁹ sequentibus formā: z maxime animam. Manifestum est enim elementa nō limitare sibi certam figuram vt pauloante dictum est. ecōtra est de viuentibus. vnūquodqz viuum sibi limitat certam figuram essentialiter: z tu lege. z. 4. celi. (Differt a tertio. qm̄ inanimata nō mouentꝫ a principijs in eis: vt dictum est. 8. physicorū. s. de potentia essentiali. animata autem econtra. z tu vide ibidem: scilicet commen. 32. z. 31. (Quarto differt: qm̄ inanimatū pluries mouet ab alio extrinseco. vt. 8. ferrum a magnete. pluries etiam ab impellente. non sic contingit de animato. recolligendo igitur naturas corporū animatorum iam apparet: quomodo mouetur ab extrinseco. Quinto differt vt accipit in libro de anima. quoniam animatum mouet sm̄ omnem dſiam positionis eque na-

Secūdo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

UVA. BHSC. IyR_120_2

turaliter vel nō magis naturaliʳ versus vnam partē ꝯ versus alteram. Inanimata autem ad certum punctū mouentur oia: vt iam dictum est in libris philosophorum. ¶ Et his erigo propositionē maiorē .ſ. omne corpus terminatum in mensura figura mobili a principio in eo sine cōcursu cuiuscunq; extrinseci versus partē terminatā per partem terminatam. ſupra partē terminatam est corpus animatum viuēs. ⁊ hec maior est manifesta ex quinq; positis. minor aūt ſuppoſitū ꝓ ſe tanq; notā: ⁊ inde ꝯcludit cōclo posita. ſ. q; corpora celestia sunt viua animata. (Diximus tñ) Limitat maiorem ꝯtum ad vltimā particulam. dicimus tñ q; corpus superceleſte nō ab aliqua causa extrinseca mouetur: qz ferrum mouet a lapide magnetis: quando ille lapis est pñs extra. (Unde istis) Deinde infert cōclarium quasi ad propoſitum qōnis. d. vnde istis prelibatis ſequitur q; in corporibus superceleſtib⁹ sunt ſignati naturaliter. ſ. poli mundi. ſic q; impoſſibile est q; sint alibi. poli antē sunt ſimiles ſurſum ⁊ deorſum in animalib⁹: vt dicit. 2. celi. cō. 16. ⁊. 15: ⁊ dixit naturaliʳ: qm̄ in omni peripheria celi pōt ſignari polus: ſed nō naturaliter. Deinde probat iſtud. d. ſicut em̄ animalia preſentia. i. nobis manifeſta ſcz generabilia habent ꝓprias membra in locis ꝓprijs operibus ſignatas ⁊ nō decet q; sint alibi: vt dicamus. i. exponēdo me: ꝯtum ad membra motus que sunt in locis ꝓprijs animalium. iſta em̄ membra habēt ſitus in corpore aialis naturaliʳ. ⁊ hec est quaſi vis maioris. Deinde accipit minorē. d. ⁊ qz poli animati ſpherice figure sunt ſimiles membris motus noſtrorum animaliū: ⁊ tangit paruam dfiam que nō remouet propoſitū. d. ⁊ nulla est dfia in hoc inter animalia ſpherice figure: ⁊ inſpherice. i. rotūde figure: niſi qz in noſtris aialib⁹ differūt membra predicta in figura ⁊ potentia. i. quo ad diſpoſitionem figure: ꝓ ꝯto figura capitis differt ab illa pedum. ⁊ potētia: qm̄ virtus capitis est alia a virtute pedum in animali inſpherice figure differunt tātum in potentia. Et vult habere q; iſta dfia nō tollit cōclusionem iam dictam. ſ. q; illi poli sunt terminati naturaliʳ: ⁊ tanq; membra animalis propria. ¶ Declaratum est igitur vſq; huc q; corpus celeſte est viuum habens membra: vel quaſi membra aialis: vt dicēt. Sed qūo corpus celeſte ſit viuum ⁊ animatum dictum est a me in pluribus locis quomodo ſit diuerſum ſm̄ poſitionem. ſ. ſurſum ⁊ deorſum: ante retro: ⁊ dextrum ⁊ ſiniſtrum. Dictum est in queſtione mea ſingulari ꝓpter hoc inſcripta Uincētio Quiſtrino Ueneto meo ſcholari: vbi acute declarata est tota iſta materia: licet in fine colligam quedam dicta ad propoſitum. (Et ideo opinati ſunt) Hic ponit peccatum theologorum. Et primo accipit propoſitionem quaſi premiſſam. Secundo accipit propoſitionē quaſi ꝯclusionem: ⁊ d. primo. ⁊ ideo opinati ſunt loquentes q; membra huius animalis: vult dicere celeſtis: nō differunt aliquo modo: vult dicere q; dextrum: ſiniſtrum: ante: retro: ſurſum: ⁊ deorſum non differunt naturaliter ⁊ abſolute: ſed ſunt ibi reſpectiue: ſicut in columna: ⁊ tunc infert propoſitionem quaſi cōclusionem. d. vnde. i. ꝓpter quam cauſam. ſ. qz ibi nō ſunt niſi reſpectiue: ⁊ non naturaliʳ dicunt q; poſſibile est polum mundi eſſe in quibuſcunq; duobus punctis fuerint in ipſa ſphera: vult dicere q; ſicut in columna poſſunt accipi illa puncta ad placitum: ita ⁊ in celo. ¶ Et debes ſcire q; Auer. nō reprobat hāc opinionem: ſed quaſi correlarie voluit habere eam ꝓ reprobata: qm̄ iam declarauit eſſe ſimile de celo: ⁊ de animali noſtro preſenti. Ariſto. em̄ in ſcdo celi in loco eius vſus est ratione Auer. hic poſita. ſ. qm̄ qđ est de perfectione animalis inꝯtuz animal nō erit negandum ab animali celeſti quod est perfectius: ⁊ multo honorabilius animali generabili: modo declaratum est hmōi ſex. dfias poſitionis eſſe de ſumma perfectione animalis inꝯtum animal: ideo non

Ratio.

Nota. Qđ ē de ꝓfectiōe animalis i ꝯtū aial ineſt aiali celeſti qz ꝓfectius.

UVA. BHSC. IyR_120_2

Nota. erit negandum ab animali celesti: & hanc rationem voluit Simplicius esse intelligendam ex vi verborum Arist. ibidem contra antiquos. ¶ Secundo debes scire: q̄ sicut in animali presenti nobis sunt naturaliter sex virtutes diuerse saltem in modo naturaliter ei inexistētes ab ipsa anima. ita in quolibet corpore celesti. U.g. est virtus sursunitatis. s. in capite. virtus opposita scilicet deorsum in pedibus. Virtus anteriozitatis. vz. ante visuz & pectus: & virtus posteriozitatis post humeros: & virtus dextreitatis et sinistreitatis que naturaliter sunt virtutes existentes in composito ex corpore & anima: ratione tamē anime principalr. quare autem sic sunt: & non aliter: & tot et non plures: neq̄ pauciores: & sic dicte & nō aliter nō est locus presentis speculationis: sed in tractatu de hoc dixi. s. intitulato Magnifico viro Uincentio Quirino Patricio Ueneto. Sicut ergo iste sex virtutes naturales & absolute & vere in animali presenti: ita in animali absenti. s. celesti est virtus sursum & deorsuz. vt sunt duo poli. antarcticus quidem est sursum: arcticus ad quem nostra habitatio vergit deorsum. nō q̄ isti puncti sunt iste virtutes: sed ibi habent vires & partes. iterum sunt alie. s. ante & retro: vt sunt angulus medietatis diei: & angulus medietatis noctis. Diei quidem ante: noctis vero retro. Iterum sunt alie due. s. dextrū & sinistrum: & iste sunt: dextrū quidem oriens: sinistrum quidem occidens: & locutus sum hic sine ratione: quoniam ibi sum locutus valde subtiliter.

Sexta qō Sed sunt loca questionis quorum primus est: vtrum quilibet orbis habeat suas proprias differentias positionis: an totum colligatum ex omnibus orbibus: sicut animal totum colligatum ex mēbris. ¶ Secunda questio: vtrum hmōi virtutes sunt substantie an accidentia: & si substantie an separate anim materia: & si accidentia vtrū eterna an generabilia: & hec quidem questio multum difficilis est. ¶ Pro intelectu solu. questionum debes scire q̄ huiusmodi differentie positionis possunt capi dupliciter. Uno modo respectiue: & sm compositionem. Secundo modo absolute & naturaliter: & iterum absolute & naturaliter dupliciter: aut vniuersaliter respectu totius vniuersi: aut particulariter respectu vni⁹ determinati corporis & animalis propriꝫ. Si respectiue & sm cōparationez sic sunt relationes ex parte portionis terre habitabilis fixe in toto vniuerso. U.g. quelibet portio terre habitabilis: & quelibet ciuitas habet proprias situationem respectu celi: respectu cuius possunt huiusmodi sex differentie positionis assignare. gratia exempli. Suessa vbi sum natus habet dextruz celi respectu orientis totius versus montes caschani. sinistrum versus situm montium caiete: ante in directo angulo diei: retro in opposito: deorsum respectu montis firni: sursum respectu maris Leonis: & sicut dico de suessa: ita dico de padua & Uenetijs & Neapoli &c. quelibet enim ciuitas in celo habet sex istos respectus fixos &c. immo contingit istos respectus variari respectu cuiuscunq̄ portionis terre. ¶ Sed dices isti respectus vbi sunt subiectiue. Respondeo: q̄ sicut columna dicitur dextra & sinistra nullo accidente nouo adueniente ei: sic nullo respectu accidente reali celo accidē tia illa variantur in celo variatione nostra: & sicut illi respectus sunt subiectiue in nobis. ita illi respectus celi sunt subiectiue in terra habitabili. huius ratio est: quoniam cum ciuitates innouantur: tunc celo accidere nouū aliquod quod non conceditur: & sicut dico de portione terre parua: ita de tota, terra magna habet huiusmodi differentias respectu celi totius vltra illas naturaliter & absolute existentes. Si vero loquimur de illis secundo modo sicut dixi duobus modis vniuersaliter & particulariter. loquēdo pri

Solutio.

petitio.

Rñsio.

UVA. BHSC. IyR_120_2

Restat modo declarare quid sit modo naturaliter agens:ꝛ quomodo cum eo stat necessitas ꝛ contingentia.ꝛ videtur mihi qꝫ agēs naturale apud ꝓhos sit illud quod agit propter finem acquirendum quo in esse melioꝛi ponatur:vt apparet in omnibus:ꝛ hoc dicit ibidem Auicē. propter quod agens naturale in agendo exꝑctat ab acto retributionem ꝛ perfectionem.ideo agere libere ꝛ naturaliter sunt modi impossibiles :et istud agens quandoqꝫ ita agit qꝫ ab aliquo perfectioꝛi potest impediri.V.g.sicut ignis ꝛ aqua.ꝛ sic contingenter agit:quandoqꝫ vero non potest impediri:sicut ignis respectu calefactionis:ꝛ aqua respectu frigefactionis. vnde ignis si comparetur ad motum eius se habet contingenter:naturaliter tamen.respectu vero ꝓpriꝫ eius se habet naturaliter necessario:ꝛ sic apparent tria.Primo qualiter deus non est agens naturaliter:quoniam non agit propter finem:vt bene dicebat Auer.in solutione tertij dubij.ꝛ secundo physicorum commen.88.dicto.Secundo apparet qualiter agens naturale est impossibile agere libere. Apparet tertio qualiter necessario agere et contingenter agere possunt esse compossibiles agenti naturali.

agēs nāle ꝑpōt ē liber agere. Cōtingenter agere ꝛ ne cessario agere ꝑpōt ī esse agenti nāli.

¶Ex his apparet solutio ad formam argumenti:quoniam deus de necessitate agit:sed de necessitate sue scientie:non de necessitate nature: sicut ignis et reliqua.ideo nego consequentiam vt scis ex dictis .¶Ad secundum apparet quomodo valeat consequentia illa Auerrois.quoniam sine dubio deus agit quantum potest:quia per essentiam.ergo si essentia eius esset infinita ageret motum in non tempoze:vt sepe dictum est in questione de infinitate primi.quia igitur sua bonitas ꝛ sua perfectio est eius essentia.ideo sicut essentia eius est finita in qualitate actus:ita bonitas eius. ideo istud quod dicit hic Auerrois .non contradicit dictis ab eo in naturalibus.Et cum omnia hic sint ita:apparet manifeste qualiter deus nec est agēs naturale:nec agēs eligēs ꝛ deliberās .vt auer.dicit.immo est aliqꝫ

de ꝑ onēcessitate agit sine necessitate nāle .sꝫ scientie sue

UVA. BHSC. IyR_120_2

agens cui non potest inueniri simile in agentibus ꝫ presentibus: sed si po- Descri-
test aliquo modo describi deus est agens bonum ⁊ perfectum in fine p in- ptio dei.
tellectum ⁊ voluntatem libere:⁊ necessario agens non naturaliter nec con
tingenter:⁊ tunc eius intellectus potest aliqualiter haberi. in rebus enim
non possumus inuenire tale habens tot conditiones:sed bene possum⁹ ex
diuersis accipere perfectiones diuersas:⁊ eas colligare ⁊ ascribere deo: sic
cut ego feci:⁊ propter hoc apparet peccatum Joan. in questionibus libri Error
physi.⁊ peccatum meum longo tempore. Tenuit enim ille:⁊ ego secum qꝺ Joan.
deus sit agens mere naturale naturaliter ⁊ secundum naturam:⁊ iam mo
do apparet error: quoniam quomodo deus potest esse agens naturaliter
si non est natura: immo est supra naturam:⁊ quomodo potest esse agēs na
turale si non agit propter finem:sed ipse sue actionis sit finis? ¶Verū pro
pter famositatem illius opinionis debes scire ꝙ natura debet sumi: vt se
extendit ad omne ens.⁊ sic potest dici voluntas natura pro quāto est ens
extra animam. immo potest dici natura negationis:⁊ sic extense necessitas Impu-
in esse rei potest dici necessitas naturalis.⁊ sic potest dici deus agens na- gnatio.
turale. ¶Sed istud non valet ad propositum. Alio modo capitur natura:
vt est prima differentia agentis distincta contra libertatem: vt videtur ari
sto. innuere secundo physi. circa principium. vbi distinguit causam agen
tem in naturam ⁊ propositum.⁊ idem videtur innuere. 9. metaphysi. text.
commen. 3.⁊ ideo vide verba eius:⁊ isto modo capiēdo naturam: deus nec
est agens nature: nec agens deliberans ⁊ eligens: sed agens liberum ex sua
scientia: vt declarauimus. ⁊ quomodocunqꝫ Joan. ignorauit istud: sicut ⁊ ego Error
etiam. ¶Et debes scire ꝙ philosophi multum errant in his: ideo quando phorum.
accipit auer. ꝙ deus agit necessario est dictum tantum: ⁊ quando probat:
quoniam ratio agendi est essentia. dicendum ꝙ est essentia contracta p vo
luntatem. i. essentia volens.⁊ per consequens non sequitur. ergo necessario
agit: quoniam essentia volens ad ad extra comparatur contingenter ⁊ li
bere secundū nos.⁊ sic primum argu. nihil est. ¶Ad secūdum essentiale est
perfecto communicare ꝛc. Dicendum ꝙ essentiale est perfecto naturali: sed
libero ⁊ voluntario est contingens communicare: licet esse communicatuꝫ De⁹ agit
sit naturale ⁊ essentiale. sicut homo ridet contingenter: ⁊ tamen necessario ꝑm totam
homo est risibilis. ¶Ad tertium dicimus nos ꝙ deus agit ꝑm totam eius suā essen-
essentiam: non tamen ꝑm totam suam potentiā: qm̄ ⁊ si potentia ⁊ essentia tiā ñ tñꝫ
sint idem: tamē differunt modo:⁊ sic ꝑm totam suam potentiā non agit:⁊ si totā suaꝫ
agat ꝑm totam suam essentiam.⁊ sic ꝑm totam suam essentiam est perfect⁹ potentiā.
simpliciter:⁊ hec est vere nostra religio:⁊ nō est mirum de philosophis: qm̄
sequuntur sensus mendaces: vt sepe dixi.

ALGA. DUS. iij.



Jt Algazel respondes pro philosophis:⁊ si forte ali
quis diceret quod nullum ens non necessarium per
se: sed per aliud nuncupari potest efficiens. namqꝫ
eius causa agens: neqꝫ quod illa causa fuit naturali
ter aut voluntarie ꝛc. vsqꝫ quando dixit. vt dicere
mus egit et non egit.

¶Ponit hic sol. alga. pro philosophis. ait Alga. respondens pro phis. et si
forte aliquis diceret ꝙ nullū ens nō necessariū per se. i. a se: sed per aliū nū
cupari potest efficiens. vult decere primū: quoniā nullum causatuz ab alio
potest dici primū efficiens: qz primum excludit aliud prius. namqꝫ eius. i.
mūdi causa agens: neqꝫ ꝙ illa causa fuit nāliter aut volūtarie. vult dicere

UVA. BHSC. IyR_120_2

q̄ quātūcunq; nullum ens ab alio possit dici agens primū: nec agens mū-
dus: sed soluz ens per se: nec tamē dz esse illa causa prima naturaliter aut vo
lūtarie. vsq; qñ dixit. eo modo quo dicimus egit ⁊ non egit. ly. vsq; quādo
dixit. est terminus verborū vt dixi alias in superiori dubio.

AVERROIS.

QVoniam nos qđ̄ super predicta verba duob⁹ mo-
dis respōdit Algazel: quorū vnus est. quodcūq;
necessariū fuerit non p aliud est effectus necessa-
rij p se: ⁊ hec respōsio est in antea. nō enim opz q̄
illud qđ̄ est necessariū p se sit agens. non enim po
test fm veritatē denominari denominatione agē
tis. s. qđ̄ attrahat de potentia ad actum. Scda ve
ro responsio hominis est qđ̄ modus agentis est tanq̄ genus sub
quo continētur species. s. agens p intellectionē ⁊ agens per na-
turā: ⁊ ꝯ verba sine dubio sunt vera. Verumtamē predicta verba
indicant qđ̄ philosophi nō opinātur q̄ deus habeat voluntatē.
Amplius qđ̄ sua premissa propositio non est nota. s. q̄ quodlibet
ens aut est necessarium per se: aut per aliud.

Hic auer. reprehendit alga. in duobus. ⁊ primo dicit. dicimus nos q̄ su-
per predicta verba duob⁹ modis exponit alga. vult dicere duas responsio
nes innuit. quorum vnus est. quodcunq; necessariū fuerit non per aliud: ſz
scilicet per se ⁊ a se est efficiens necessarij per se. i. primū ⁊ efficiens mundi.
(Et hec responsio.) Reprehendit hic: ⁊ dicit. ⁊ hec responsio est antea. i. fal-
sa sicut illa iam dicta. ⁊ syllogismus sicut componitur. ens simpliciter ⁊ p
se necessarium non potest esse agens. deus est simpliciter ⁊ a se necessarius.
ergo non potest dici agens. maior componitur sic. omne agēs est extrahēs
de potentia ad actum simpliciter ens: sicut est. deus non est extrahens de
priuatione ad actum. ergo non potest dici agens que fuit maior hui⁹. pri-
mo ponit maiorem. d. non enim potest fm virtutem denominari denomi-
natione agentis. s. q̄ attrahat de potentia ad actum. ⁊ hec fuit minor pro-
syllogismi. reliquas propositiones voluit subintelligi. (Scda vero rñsio.)
Exponit alga. quantum ad scdam sol. ⁊ arguit contra illam. ⁊ dicit. secūda
vero responsio hominis est q̄ modus agentis est tanq̄ genus: sub quo con
tinentur multe species. s. agens per intellectum: ⁊ agens per naturā. dein-
de dicit q̄d veritatis ⁊ q̄d falsitatis cōtineant. d. ⁊ hec verba sine dubio sunt
vera. s. quantum ad istam distinctionem. Deide ostendit quid falsitatis. d.
verum tantum predicta verba indicant q̄ deus non habet voluntatem qđ̄
sup. falsum est. (Amplius) ponit scām errorē. ⁊. d. amp. q̄ sua premissa pro-
positio non est nota. s. q̄ quodlibet ens: aut est necessarium per se aut per
aliud: qm̄ sup. quidam existimant nullum esse ens necessario ab alio: quia
ly ab alio notat contingentiam in tali effectu.

Cōtigēsi sui nā pt ab aliq̄ p petuari ſz auer. ⁊ Alex.

PRo intellectu huius debes scire vt auer. narrat. 8. phy. commēto. 79.
q̄ aui. opinatus est q̄ aliquod in sui natura sit contingens actio
ab alio necessarium. ⁊ hoc videtur dicere Alexan. et auer. ibidem dicit: vn-
de hic vir opinatus est q̄ omne ens ab alio sit in sui natura contingens: et
possibile esse ⁊ non esse: ⁊ non habuit pro inconuenienti contingens in sui
natura ab alio perpetuari: vt auer. dicit in primo de substantia orbis pro
pe finem. Et pro hac opinione arguunt quidam latinorum sic. ens ab alio

UVA. BHSC. IyR_120_2

non ens a se.ergo ens ab alio est non ens a se.ꝛ sic natura contingens.ꝛ sic omne ens ab alio in sui natura est contingens.antecedens est manifestuꝫ. ꝓntia probatur a negat tua de predicato finito ad affirmatiuam de predicato infinito. ¶Sed ista opinio reprobabitur ab auer.ibidem.qm̃ tunc natura contingens efficitur necessaria.ꝛ alia multa contra que arguit aristo. in fine primi celi.ideo opz dicere q̃ hz illa distinctio non sit nota:vt apparet per iam dicta. attamen opinandum est q̃ non omne ens ab alio in sui natura est contingens:qm̃ necessarium sm̃ ꝑm̃ potest habere causam: vt declarauj in disputatione dicta:ꝛ in.q.de intellectu. ¶Ad argumentuꝫ dico q̃ istud argu.nihil est.nego em̃ añs.s.q̃ ens ab alio non sit ens a se:vt ly se dicit necessitatem. immo ens ab alio potest esse a se.i.natura necessaria:si ens a se.i.non causatum concedo:sed nihil est ꝓ eis.Sed dices ens ab alio hz esse ab alio.ergo de se non hz esse.cõcedo.Et cum infers.ergo de se hz nõ esse.nego argumentũ.quia non arguitur per regulas secundi perihermenias.Sed debet argui.ergo de se non habens esse:ꝛ illud tantũ concedo:quoniam nihil est contra me.Alia argumenta soluta sunt locis prioꝝ:ꝛ ibidem declarata est opinio auer.

Impu.

Necessariũ potest hre cãm.

Solutio.

Replica.

ALGA. DUB. iij.

AJt Algazel respondẽs ꝓ philosophis. dicimus quod hec nominatio est erronea. nos enim nõ dicimus quod quelibet causa qualitercunq̃ sit nuncupetur agens:neq̃ quodlibet causatum debeat effectus nuncupari.Si enim ita esset non ergo dici poterit quod brutuꝫ habeat actionẽ. immo actio tantum animalibus debet attribui.quod concessum est ab omnibus.

¶Inducit quandam euasionem alga.ꝓ philosophis.respondens ꝓ philosophis.ꝛ di.alga.dicimus q̃ hec nominatio est erronea.nos em̃ non dicimus q̃ quelibet causa qualitercunq̃ sit nuncupet agens:nec qõlibet causatum debet effectus nuncupari.cuius rationem ait.d.si enim ita esset vult dicere q̃ agens solum dicatur vno modo.vz.de volente.non ergo dici posset q̃ brutum habeat actionem:quia nõ habet voluntatem.immo actio tantum in animalibus debet attribui:quod concessum est ab omnibus.

AUERROJS.

DJcimus nos:q̃ id quod dixit.vz.qõ non debet quelibet causa agens nuncupari:verum est:sed id quod super hoc arguit.s.qõ brutũ non dicitur agens:hoc est falsum.A brutis namq̃ nõ debet remouerj actio nisi in intellectu.s.voluntaria:non tamen quelibet actio absolute. ¶Nos enim inuenimus aliqua entia bruta que attrahunt eis similia.s de potentia ad actum:vt ignis qui cõuertit esse humidum ꝛ siccum ad alium ignem sibi similem:ꝛ hec sine dubio fit attrahendo rem que fieri habet de potentia ad actũ: ꝛ ideo quecunq̃ potentia vel aptitudo recipiendi actionẽ ignis fuerit:ignis non agit in eam: nisi similem. ¶Rursus nullus est ausus negare qõ in animalium corporibus sunt naturales virtutes conuertentes cibaria ad substantiam similem nutrito:ꝛ ex hoc regimine vocatur animal viuum.ꝛ cessata ista virtute de eo

UVA. BHSC. IyR_120_2

dicitur mortuum: vt notum est sensitiue. ¶ Preterea. quando dicit quod si brutum dici potest agens esset largo modo. sicut forte querens dicitur volens. ¶ Nos vero ad hoc respondere possumus q̄ quando agēs dicitur agens: ⁊ intelligitur ex hoc q̄ agat actionem volentis: tunc dicitur largo modo: sicut q̄ dicit q̄ hō querit quod ipse vult: q̄ ex hoc intelligitur q̄ ipse attrahat ō potentia ad actum: tunc est agens ſm veritatem ⁊ perfecte.

¶ Hic verificat dicta Alga. ⁊ primo primum. d. dicimus nos q̄ id quod dicit. videlicet. q̄ non dz quelibz cā agēs nūcupari: verum est: dum verificat aliud: quoniam alga. dixit ad hoc inconueniēs. ſ. q̄ sequit brutū non esse agens. ideo auer. verificat qualiter falsum est hoc ꝓns. ⁊ dicit. sed id qō sup hoc arguit. ſ. q̄ brutum non diceretur agens: hoc est falsum. vult dicere qō bene dictum est. quod brutum non esset agēs: et hoc declarat. d. a bruto nō debet remoueri actio: nisi intellectu scilicet voluntaria. non tamen quelibz actio absolute: et probat primo inductione. d. nos enz inuenimus aliqua etiam bruta que attrahunt id est extrahunt eis similia scilicet de potentia ad actum. sicut ignis qui conuertit omne humidum ⁊ siccum: vult dicere aquam ⁊ terram: ad alium ignem sibi similem. vult dicere in specie. et hoc sine dubio fit attrahendo rem: que fieri habet de potentia ad actum. ideo quecunq; potentia vel aptitudo recipiendi actionem ignis fuerit: ignis non agit in eam nisi similem: et per consequens apparet ens brutum esse agens. (Rursus) probat idem ratione que debet sic componi. omne ens habens virtutes conuertendi cibaria ⁊ nutrimenta in suis substantijs sunt vere agentia: sed animalia bruta habent huiusmodi virtutes: vt supra. ergo animalia bruta sunt vere agentia. maior est manifesta per se. minor declaratur. ⁊ componitur syllogismus sic. omne id per quod animal distinguitur a mortuo ⁊ non viuente habetur ab animali. sed virtus conuertendi cibaria ⁊ nutrimenta est huiusmodi. ergo talis virtus est in animali. ⁊ sic apparet minor syllogismi primi huius. primo ponit minorem syllogismi. d. rursus nullus est ausus negare quod in animalibus corporalib⁹ sint naturales virtutes conuertendi cibaria ad substantiam similem nutrito. Deinde ponit minorem prosyllogismi. d. et ex hoc regimine id est hac operatione vocatur animal viuum ⁊ cessata ista virtute de eo dicitur mortuum vt notuz

alia nutritiua nō ꝓpositiones continentur in potentia illis duabus: et est sermo eius notus

querit ci bū i subā nutriti.

est manifestissime id est per se: ⁊ hec fuit minor syllogismi. relique autem per se. ¶ Debes scire quod vt ab auerro. 8. phȳsi. commen. 2. prope principium colligitur: et hic q̄ non semper anima nutritiua actu conuertit cibuz in substantiam eius nutribilis. ⁊ ideo aliquando resoluit: aliquando auget: aliquando diminuit. vt dictum est in libro de morte ⁊ vita. ⁊ de nutrimento ⁊ nutribili. ideo videtur mihi quod dictum auerro. hic debet intelligi secundum bonum sensum. est enim hoc simpliciter verum quod anima nutritiua semper est operans: quoniam illa non est in animali mediante caloze. vt dictum est in libro predicto de morte ⁊ vita. ⁊ calor est agens naturale: ideo semper approximatus alicui passo agit semper ⁊ alterat: vt dicit auerro. ibidem. commento illo. 20. dictum ergo auerro. debet intelligi q̄ semper connertit vel actu: vel preparat ad conuersionem illam actualem. ⁊ hoc sine dubio est verum.

Sed tunc est locus questionis: quoniam posset quis dicere. si igit anima nutritiua semper est operans. ergo est actus secundus solum: et non primus: quoniam actus prim⁹ est forma nō operās actu sed habitu.

ꝓla qō.

UVA. BHSC. IyR_120_2

actus vero secūdus est forma operās.si ergo anima nutritiua est semp existēs in opatione.ergo est solū actus secūdus. ¶Ad hoc Auer.2.de aia.cō. 5.innuit quatuor solutiones.7 primo dicit.q hoc.i.hec distinctio de actu p mo 7 scō est in aia sensibili tm.anima aūt nutritiua nunq̄ inuenit in aīalibus nisi ꝑm postremā perfectionē.i.in operatione.Est ergo prima solo q illa distinctio nō cadit nisi in aīa sensibili:nō in aia nutritiua. ¶Deinde ibi dē innnuit scōam solū.d.si aliquis ponit q sit quidam modus animalium qui non nutriuntur in aliquo tpe.s.in tpe in quo manent in lapidibus:vt rane magne que nihil thesaurizant 7 manent in hyeme tota in lapidibus: 7similiter plures serpētes.Et ꝑm hoc.i.secundam solū.erit hoc.i.hec distinctio cōmunis anime sensibili 7 nutritiue. ¶Deinde ponit tertiam solū.d.et si non.tunc perfectio accepta in eis erit ꝑm equiuocationē.vult dicere qō nō debēt diffiniri vna diffinitione:sed anima sensibilis per actū primum:et nutritiua per actū scōm:7 tunc quasi redit in primam. ¶Deinde ponit q̄rtā d.7 quomodo cū q̄ sit qñ fuerit fit in actu diuersitas inter vtrumq̄.s.actum primum7 secūdum:non nocebit accipere indefinite.vult dicere q quomodo cunq̄ sit nō nocebit ly actus accipere sub disiunctione.s.vel primus vel secūdus vel indefinite.i.in diffinitione absq̄ hoc q dicat ly primus cum sit impossibile aliter.vult dicere intelligere:sed quomodo ille sint vere:7 quō nō:vide in expositione mea secundi de aīa illius cō.5. ¶Deinde vult reprehēdere Alga.quātū ad vnū qō nō dixit formaliter:sed in virtute.7.d.preterea qñ dixit q si brutū dici possit agens esset largo modo:sicut forte quelibet rens dicitur videns.Est ergo ꝑm Alga.agens nomen analogū cōe agenti volenti 7 agenti naturali.7 vult q primū analogatū sit agens volēs.Auer reprehendit ipsum.d.nos vero ad istud rndere possumus.q qñ agens dicitur agens:7 intelligitur ex hoc q agit.actio.n.volentis.i.7 intelligit agēs volens dicatur tunc agēs largo modo:sicut qñ dicitur q homo querit qō ipse vult:sed qō ex hoc intelligitur q ipse attrahat de potentia ad actū.tūc est agens ꝑm veritatem 7 perfecte:ecce quomodo Auer.totum contrarium vult.vult enim q totum analogatū sit agens naturale extrahens de potentia ad actū:7 valind dicitur impropriē 7 per similem ad illud primum.7 hoc innuit Auer.primo celi.cōmento.20.7 alibi.

Solo.ſ. Secūda. Tertia. Quarta. Agēs ꝑm Alg.dicit analogice dagētenā lr volēti.

ALGA. DUB. v.

AIt Algazel rndens pro phis:7 si aliquis diceret.nos intendimus q deus est agēs:q ipse est causa cuiuslibet entis preter eū:7 q mūdus sustētat in eo.7 si esse dei benedicti nō esset vno modo esse mundi imaginari poterit 7c.vsq̄ qñ dixit q non est curandum de deliuatione noīm p ost apparentiam veritatis rerum.

¶Adducit rnsionē Alga.pro phis.d.ait Alg.rndens pro phis.7 si aliquis dixerit nos intēdimus q deus est agens:quia ipse est cā cuiuslibet entis p ter eū:7 q mūdus sustētatur in eo.vult dicere causa conseruans.Deinde innuit terminum intrinsecum:7 terminum extrinsecum verborum Alg.d. 7 si esse dei benedicti nō esset vno modo esse mūdi:imaginari poterit.hic est intrinsecus:7 innuit ibidem exemplum.et patet.

AVERROIS.

Icimus nos quod sententia horum verborum est concedere aduersariis.quod deus benedictus non est agēs:immo est aliqua causarum que nulla rerum sine

UVA. BHSC. IyR_120_2

ea perficitur. Unde dicimus quod hec responsio est debilis. namq; ex hoc sequitur philosophos quod primum sit principium totius modo forme sicut anima est principium corporis: et nullus eorum sic opinatur.

¶ Reprehēdit Auer. illū: ꝫ primo dat intellectū eius verbis. d. dicimus nos q; sentētia horū verborū est cōcedere aduersarijs q; deus benedictus non est agēs: immo est aliq; cārū qua nulla rerū sine ea perficitur. i. immo est cā formalis ⁊ nō agēs. vñ forma vocat cā pficiēs materiā. deinde reprehēdit illā. d. vñ dicimus q; hec rñsio est debilis. namq;. i. qñ er hoc sequit phos q; primū sit principiū totius. i. mūdi modo forme. i. in genere esse formalis sicut alia est principiū corporis: ⁊ nullus eorum. s. phorum sic opinatur.

De ē cā i triplici genere cāe scilicet vt finis ⁊ vt forma ⁊ vt motor ⁊ vt dicit. 12. meta commen. 7. ⁊ in commen. 6.

¶ Sed debes scire q; Auer. non concludit sibi hic. 7. 4. celi. commē. s. vbi vo luit deum esse causam vt forma. quoniā hic reprehendit Alg. q; voluit deu esse causam vt forma tantū. sed Auer. vult in illo loco ipsum esse causam in

Auer. alg. ꝫo ponit ipm i gñe cāe forma lis tantū.

ALBA. DUB. vſ.

IJt Alg. respondens philosophis: dicimus q; nostra intentio est q; talis res non dicatur actio neq; effectus. immo intēdimus pro actione id quod procedit a pura ⁊ vera voluntate: ⁊ tam declarauimus in p̄cedentibus cur est actio secundum veritatem ⁊c.

¶ Sermo iste est quasi per se manifestus. vñ. d. ait Alg. rñdens phis. dicimus q; nostra intentio est q; talis res: vult dicere mundus: non dicat actio neq; effectus. immo intendimus pro actione. id quod procedit a pura ⁊ vera voluntate. ⁊ tam declarauimus in precedentibus cur est actio secundum veritatem ⁊c. ⁊ sermo iste est manifestus per se.

AUERROIS.

QJcimus nos qō hoc bene sequeretur philosophos si ipsi dicerent id quod eis attribuit. tunc enim sequeretur eos scilicet suppositis istis q; mundus non habeat agens neq; naturaliter neq; per voluntatem: cū autem agens tertio modo inueniri nequeat. ergo id quod dicerat nomine philosophorum nihil est.

¶ Auer. rñdet his. d. dicimus nos q; hoc. s. mundum nō habere agēs sequeretur phos si ipsi dicerēt id qō eis attribuit. tūc. n. sequitur eos. s. suppositis istis. s. q; mūdus nō habeat agēs: nec naturaliter nec per volūtatē. cū autē agēs tertio modo inueniri nequeat vult dicere q; si solū esset agens deliberans: ⁊ agēs naturale: ⁊ nō agēs mediū inter ista ad phos: sequitur q; ipse mundus sit incausatus: sed id quod dixit nomine phorum nihil est. vult dicere. quoniam datur agens tertio modo vt dixit supra.

ALBA. DUB. vſ.

AJt Alga. fcōs vero modus ad probandum q; mundus non sit effectus dei ꝑm phorum radices: hic est interpretatio actionis que est innouare aliquid: sed mūdus apud eos est ab eterno. Et p actionē intelligitur attrahere rē de priuatione ad esse in innouādo ⁊

UVA. BHSC. IyR_120_2

hic in antiquo nō pōt imaginari: qz actio oportet qꝫ sit noua: sed mundus apud eos est ab eterno. ergo non est effectus dei.

Chic adducit aliud motiuū ad idē. r. d. ait Alg. scōs vero modus ad probādū qō mūdus nō sit effectus dei ꝑm phoz radices hic est .interpretatio actionis que est innouare aliqd. ſz mūdus apud eos est ab eterno. i. nō innouatus. ergo in scōa figura. ipse mūdus nō est effectus dei (Et per actionē) probat maiorē. d. r per actionē intelligitur attrahere rē de priuatione ad actū innouādo. deinde ꝓbat minorē. d. r hoc. i. actio noua nō pōt intelligi in antiquo: qz actio opz qō sit noua. ſz mūdus apud eos est ab eterno. r cōcludit cōclusionē. d. ergo nō est effectus dei: vel littera reperitur aliter sic. sequitur qō actio oportet qō sit noua: sed mūdus apud eos est ab eterno. et tunc est replicatio scōi syllogismi. r ambe possunt stare.

AVERROIS.

Scimus nos quod si mundus esset ab eterno per se ens non inquantum est mobilis: quia quilibet motus componitur ex nouis partibus. mundus igitur nullum hz agēs: sed si esset antiquus cum cōtinua innouatione: r eius innouatio non habet principium neqꝫ finem: tunc illud quod facit acqrere continuam innouationem dignius est nūcupari innouans: qꝫ illud quod facit acquirere innouationem deficientem. Vñ hoc modo mundus est innouatus a deo benedicto: philosophi tamē dicunt mundum esse ab eterno: et nominatur ab eis antiquus ad differendum ab illo quod innouatur ex aliqua re: r in tempore: et post priuationem.

Chic rñdet argumēto Alg. r ad formā opz negare minorē: qm̄ mūdus continue innouat ꝑ q uāto est res mobilis r variabilis. d. ergo dicimus nos qꝫ si mūdus esset ab eterno p se ens. i. nō variabilis nec per se: nec p accñs: nō inquātū est mobilis: vt sic mūdus nullū hz agēs: ſz sup. mūdus est mobilis r variabilis: qz qlibet motus cōponit ex nouis ptibus: vñ ifa est trāsposita r dz sic ordinari. s. nō inqtū est mobilis mundus. igit nullū hz agēs: quia qlibet motus cōponit ex nouis ptib⁹. r sic tūc dz suppleri. nō mūdus innouatur. Deinde rñdet cuidā tacite obiectioni: qm̄ posset qs dicere: vtrum istud agēs innouās ꝓtinue mūdū dz dici magis agēs: qꝫ si totū faceret ipz semel sil. Rñdet. d. r si esset antiqu⁹ cū ꝓtinua innouatiōe: r ei⁹ innouatio nō hz pncipiū r finē: tūc illud qō facit acqrere cōtinuā illā innouationē. i. agēs ei⁹ digni⁹ est nūcupari innouās. i. agēs innouās hz agēs: qꝫ id qō facit acqrere innouationē deficiētē. i. finitā. Deinde recolligit sol. ad formā. d. vñ hoc mō mūdus est innouatus a deo bñdicto: r ꝓ hoc vult negare minorē illi⁹ syll. Deinde soluit quoddā dubiū: qm̄ phi volūt mūdū esse eternum. r dicis ipm esse nouū. ergo cōtradicis eis r sol. est nota legēti verba eius.

Dubitatio.

Solutio.

Sed hic ꝓuenit questio: qm̄ Auer. 12. me. cō. 44. ponit qꝫ numerus intelligētiarum cōtarū a prima ordine quodam tanqꝫ a causa agēte: r tñ hic in principio sol. ait: qꝫ ens per se nō nouū innouabile simpr nō causatur ab aliquo agēte. r sic videtur cōtradictio. Cꝑōt solui multū subtiliter: qm̄ Auer. hic loquitur de agēte ꝓprie qō agit cū aliqua innouatione. isto modo em̄ vult qꝫ oē factū ab agēte aliquo modo innouāte dz esse in sui esse nouū aliter nō fieret: cū quo tñ stat qꝫ loquēdo de agēte nō innouā

UVA. BHSC. IyR_120_2

te intelligẽtie pñt habere agẽs: vt ibidẽ. d. Auer. ꝛ sic soluitur cõtradictio: edixi hoc in questione de intellectu. ꝛ in questione de motore. vide ibidem.

ALGA. DVB. viij.

Dit Alga. rñdens pro pñis. Et si forte aliquis diceret quod pro innouato intelligitur id quod habet esse post priuationem: dicimus ꝙ ex hoc sequeretur qđ si quoddam agens innouaret aliquid quod id quod ab eodem agente dependet de eo sit aut purum esse: aut pura priuatio: aut ambo: impossibile est quod sit priuatio precedens: quia nulla impressio fit per priuationem: ꝛ est impossibile ꝙ sint ambo eadem ratione, Remanet ergo qđ id qđ ꝓcedit ab eodem agẽte fit purũ esse: vñ si esse cõtinue fuerit: ꝛ illa etiam comparatio continua erit: ꝛ si vero defecerit defectibilis esset. Et ideo comparata hec cõparatio erit illud cui cõparatio fit nobilis ꝛ magis continuans imprimere: sed priuatio non dependet de actione in tempore. Remanet ergo quod dependet de eo inquantum innouatur: ꝛ esse ipsum innouatum non est aliud nisi ꝙ sit ens post priuationem: ꝛ priuatio non dependet de eo.

¶Inducit Alg. pro pñis. ꝛ. d. ait alga. rñdens ꝑ pñis. ꝛ si forte aliquis diceret ꝙ pro innouato intelligit id qđ hz esse post priuationẽ: ꝛ mundus sup. hz esse post priuationẽ. ergo est innouatus. ꝛ sic effectus alicuius agẽtis: vt mihi ꝙ hic intendit probare mundũ nõ depẽdere a primo: ꝛ arguit sic. dicimus ꝙ ex hoc sequit quoddã agẽs innouare aliqđ ꝙ id qđ ab eodẽ agẽte dependet de eo. i. respectu illius sit aut purũ esse: aut pura priuatio: aut amb. ꝛ declarat ꝙ nullũ istoꝝ põt dici: ꝛ ꝓpñs mũdus nõ poterit esse effect⁹ dei: qz nec prout hz purũ esse: nec prout hz priuationẽ: nec prout hz vtrũqꝫ. ꝛ. d. impõe est ꝙ sit priuatio ꝓcedẽs: qz nulla precessio. s. actio fit ꝑ priuationẽ: sed potius defectio: ꝛ est impõe ꝙ sint ambo. s. purũ esse. ꝛ pura priuatio eadẽ rõne. remanet ergo ꝙ id qđ ꝓcedit ab eodem agente sit purũ esse. declarauit quõ est illud esse purũ. ꝛ. d. vñ si esse continue fuerit: ꝛ illa cõparatio. i. illa dependentia continua erit. ꝛ si ꝛo defecerit. s. talis dependẽtia vel tale esse: defectibilis esset. s. illa dependentia vel illud esse. Et concludit ꝑpter hoc coꝛelariũ. d. ꝛ ideo comparata hec cõparatio. i. relatiua hec dependentia erit illud cui comparatio fit nobilis. i. causa essendi que; nobilis hic vocatur. ꝛ magis continuãs imprimere. ꝛ vult dicere qđ illa dependentia erit res dependens cũ qua est continua ꝛ noua. Ex quo sequitur qđ mũdus si hz purum esse non sit effectus dei. qz pro quanto hz esse non accipit esse post non esse. sed conseruatur in esse. Deinde redit ad illud qđ iam dixerat. s. qđ priuatio non sit effectus agentis. d. sed priuatio non depẽdet de actione in tempore: qz qđ non est non dependet. quia igitur effectus agentis nec est purum esse nec pura priuatio concludit propositum dicens. ergo qđ dependet de eo. i. de eo inquantum innouatur. ꝛ ꝓ. i. ipsum esse innouatum non est aliud nisi qđ sit ens post priuationem. ꝛ addit ꝙ isto modo priuatio non dependet de eo. ¶Ex quibus apparet responsio pro philosophis: qm̃ dici non potest qđ mundus sit effectus dei: quia non prout habet purum esse: quia vt sic non est effectus. sed potius conseruatur. nec prout hz priuationem. qz pro illo non depẽdet: qz vt sic nihil est: nec pro esse vtroqꝫ. ideo non est effectus dei. ꝛ sic respondet pro philosophis.

UVA. BHSC. IyR_120_2

AVERROIS

Dicimus nos qꝫ verba hec sunt de responsione aut. in presenti questiõe nomine philosophorum: ⁊ sunt verba erronea: dimisit enim vnum diuisionis membrorum. vz. quod ipse dixit est quod actus agentis non euadet quin dependeat de innouato in esse aut priuatione precedẽte eum: prout priuatũ est: aut in ambo simul ipoke est qꝫ depẽdeat de priuatiõe: qꝛ priuatio nõ ingreditur actionẽ: ⁊ ideo impoke est de priuatione eis duobus. Remanet ergo qꝫ dependeat ad esse: ⁊ innouare nõ est aliud nisi dependere actiones ad esse. ſ. qꝫ actio agens sit de re esse. ergo seqꝛetur ex hoc qꝫ esse qꝫ est post priuationẽ: ⁊ esse qꝫ priuatio precedit cũ sint equalia. Et hec est sophisticatio: ⁊ locus eius est: qꝫ actio agentis non dependet de esse in tẽpore priuationis: qꝫ est esse in potentia: ⁊ non dependet de esse in actu inq̃ntum in actu neq; de priuatione inq̃ntum priuatio: immo de esse defectibile qꝫ contingit ei priuatio. ergo actio agentis non dependet de priuatione: quia priuatio non est actio: neq; dependet de esse in coniuncto priuationi: id namq; quod hz esse in vltima perfectione nõ indiget de aliquo dante esse: ⁊ esse coniunctum priuationi nõ reperitur nisi in tẽpore innouati innouationis. ⁊ ideo nullus a dicto dubio euadere potest: nisi supponat quod mũdus in suo esse semper adiunctus fuit priuationi: ⁊ adhuc adiungitur ei: sicut est inesse motus. ſ. qꝫ semper indiget de mouente. ¶ Et veraces philosophi putant qꝫ mundus supremus sic se habet cum ipso deo glorioso maxime cũ rebus inferioꝛib⁹. ⁊ in hoc differũt res create ab eternis: qꝛ effecte qñ sunt nõ adiũgitur eis priuatio ex qua de agente indigeant: ⁊ ab eo continuatur ipsarum esse.

¶ Primo inducit summam verborum istius. deinde declarat solutionẽ aliꝰ pro philosophis. d. igitur primo. dicimus nos q verba hec sunt de responsione aui. in presenti questiõe nomine philosophorũ: ⁊ sunt verba erronea: dimisit em vnũ diuisionis mẽbrũ: deinde repetit sniam illorũ verboꝝ: ⁊. d. vz. quod ipse dixit est q actus agẽtis. i. operatio agentis non euadet quin dependeat de innouato. i. q non sit circa innouatũ. in esse. i. inquantũ hz purum esse: aut priuatione precedente. i. circa priuationem precedentem eum: prout priuatum est: aut in ambo simul: id est circa ambo. Deinde destruit membra: sicut fecit Alga. dicens. impossibile est q dependeat de priuatione: quia priuatio non ingreditur actionem: ⁊ ideo impossibile est de priuatione eis duobus modis. i. ⁊ per idem, impossibile est vt sit circa ambo. remanet ergo q dependeat ad esse. ſ. q actio agentis sit de re esse. ergo sequitur ex hoc q esse quod est post priuationem: ⁊ esse quod priuatio precedit ipsum sint equalia. i. q priuatio ⁊ esse sint idem. probatur quoniam res dependet prout est: sed prout est non requirit agens. ergo prout dependet non requirit non esse: igitur esse ⁊ non esse sunt vnum ⁊ idem. ¶ Soluit Auerrois quoniam non tenent mundum non esse effectum dei. vt eis imponit Alga. ideo respondet argumento alga. dicens. q hec est sophisticatio

UVA. BHSC. IyR_120_2

et locus eius: vult dicere sophisticationis: quia actio agentis non depẽdet de esse in tempore priuationis quod est esse in potentia: vult dicere q̃ actio agentis non consistit circa purã priuationez de esse in actu. i. non consistit circa esse in actu inchoatum in actu: immo de esse defectibili. i. circa esse cõtingens quod continget ei priuatio. ¶ Deinde resumit argumentum. d. ergo actio agentis non dependet de priuatione: q̃ priuatio non est actio. i. effectus: nec dependet de esse inconiuncto. i. non iuncto priuationi. id nameꝫ qõ hz esse in vltima perfectione. i. vltima actualitate: nõ indiget de aliquo dante esse. i. aliquo agente. Deinde concludit circa qõ esse consistit. et dicit: q̃ esse coniunctũ priuationi non reperit nisi in tempore innouati innouationis. i. in tempore innouationis alicuius innouati. i. rei habentis aliquã continuam nouitatem. q̃ ideo nullus a dicto dubio euadere potest: nisi supponat q̃ mundus in suo esse semper coniunctus fuit priuationi: et adhuc adiungitur ei: sicut est in esse motus qui semper indiget de mouente: quasi dicat: q̃ sicut de motu: ita de mundo: sed motus quia est actus cui admiscetur semper aliquid factum aliquid fiendum: ideo indiget mouente. ita in proposito de mundo. vnde dicit: vt veraces phi putant. q̃ mundus supremus. i. vniuersus sic se habet cum ipso deo gloriosso. vult dicere. sicut motꝰ se habet cum mouente: maxime cum rebus inferioribus. i. maxime sm mũdum inferiorẽ contentũ in sphera actiuorũ q̃ passiuorũ. Ex his sequit solutio questionis. s. q̃ mundus sit effectus dei: qm̃ semper est in cõtinua innouatione. (Et in hoc) annectit quandã differentiã inter res nouas q̃ eternas: q̃ dicit. in hoc differũt res create ab eternis. i. res nouate ab eternis: q̃ effecte. i. res eterne facte quãdo sunt: nõ adiũgitur eis priuatio ex qua de agẽte indigeant propter quã indigeãt agente: q̃ ab eo cõtinuatur ipsarum esse vult dicere quo cõtinuctur q̃ perpetue ipsarum esse.

Pria dubitatio. Dicsunt multe questiones. Prima q̃ auer. dicebat alg. esse diminutum ẽctum ad hoc q̃ non posuit quartũ membrũ diuisionis dicte: et tamen videmus au erroim non posuisse illud quartum mẽbrũ.

Secũda. ¶ Scõa: quia sicut mundus cessaret ablato primo motore: ita intelligẽtie cessarent ablato primo motore. ergo sicut mundus propter id dependet a primo: ita intelligentie. ergo intelligentie habent verum efficiẽs: sicut mũdus hz.

Tertia. ¶ Tertia: qm̃ si mundus continue innouatur: ergo in sui natura potest desinere esse. ergo aliquando desinet esse. aliter aliquod in sui natura

Quarta. corruptibile nunq̃ desineret esse: contra vltimum primi celi. ¶ Quarta videtur adhuc sol. auer. nõ esse conueniens. qm̃ si effectus dependet ab aliquo agẽte: vel depẽdet qm̃ est: vel qm̃ non est. q̃ ad hoc auer. non respondet.

Quinta. ¶ Quinta: videtur q̃ effectus posteꝫ est: nõ dependeat ab eius causa agente. Socra. em̃ posteꝫ est non dependet a patre nec femine.

Triplici ter aliq̃ ens ponitur in esse Dicvolo aliqua cõgregare. et primo debes scire q̃ aliquod ens potest apud philosophos tribꝰ modis poni in esse. Uno modo q̃ ex se formaliter sit necesse esse: sed ab alio effectiue: sicut ista propositio. homo est risibilis. est formaliter. q̃ scõm q̃ talis necessaria. attamẽ a premissis effectiue dependet: qm̃ cum necessitate formalis illius cõpossibilis est dependẽtia ab alio in genere agẽtis: hz nõ sit illi cõpossibilis in genere esse formalis. Scõo modo q̃ eẽ aliquod est ex se formaliter esse necessario. q̃ tñ ab alio depẽdẽter ꝓpter ordinẽ essentialẽ: qm̃ ꝓpter ordinẽ essentialez ordinatorũ cõtradictio esset sm esse sine primo: hz nõ econtra. et tertiũ esse sine scõo. q̃ nõ ecõtra. Unde hz scõm dependet a primo: nõ tamẽ causatur a primo nec in gñe forme: nec in genere agẽtis: nec in aliquo genere esse sm istum scõm modũ. Attamẽ scõm est a primo dependenter propter ordinem

UVA. BHSC. IyR_120_2

essentialem scōi ad primū.z tertij ad scōm. vnde proprie hic ordo est inter perfectius:z imperfectiꝰ non inter cām z causatum. Tertio:aliqō hz esse ex se formaliter possibile:necessario tamen ab alio: quia illud a quo habet esse necessario causat illud. ¶His tribus modis visis dicendum modo qualiter res oēs cōparantur ad primū simpliciter fm opinionē huius philosophi. Et videtur mihi q si loquamur de rebus simpliciter z formaliter eternis cuiusmodi sunt substantie mouētes orbes duobus modis cōparantur ad primū.s.causaliter z dependēter:z huiusmodi declaratio est:qm̄ hz i suis naturis sint formaliter z per se necessarie:attamē hz istos philosophos opz vt effectiue sint ab alio:quod ponit auer.in.xij.meta.cōmē.44.sicut enim cōclusio ista.homo est risibilis.est formaliter necessaria z attamen effectiue dependet a premissis fm oēs.sic oēs intelligentie sunt fm eorum naturas: z formaliter necessarie:attamen a primo effectiue.z hoc plane ponit auer. in.4.celi.commen.primo:videt etiā mihi q cōparentur ad primū dependēter:qm̄ fm philosophos ponit ordo essentialis in operationibꝰ istarum.z per ꝓns in essentijs.z hoc significauit auer.xij.meta.cō.predicto.44.et.9. meta.cō.17.vbi dixit:quomodo intelligētie mouent priuarie z per se:adeo q si deus posset agere sine eis essent otiose.z idem.ij.ce.cōmē.17.z.21.ideo cōparantur etiā scōo modo sine dubio:z hoc innuit auer.in fine solutiōis huius dubij:cum dicit:q intelligentie seu res eterne quando sunt non adiungitur eis priuatio:vult dicere: quia sunt formaliter necessarie: ideo sic sunt effecte. ¶Ex his apparet qualiter intelligentie non habent agens fm famositatem dictum.quod intelligitur cum noua causatione.z hoc negat Auer.sepe de eternis volens entia eterna simpliciter non habere agens hz famositatē dictum.quod agit innouatiōe media. Si vero loquamur de rebus corruptibilibus. Dicēdum q nulla res vna numero in sui natura possibilis z formaliter cōtingens potest ab alio eadem numero ppetuari:sed bene eadem fm speciē:qm̄ elementū fm partē corrūpitur:z tamē totū fm speciem remanet:vt dicit.ij.de genera.cō.37.similiter motus celi qui continue forte est alius z alius:vt saltem in accidentibus nō habet modo locū. Ex his sequitur q mundus est eternus fm speciem:nō fm numerū:quoniā sicut elemētum continue est aliud z aliud:ita mundus est alius z aliꝰ continue:z sicut elementū manet eternū fm speciem:ita mundus.potest tamē dici eternus fm numerū equualenter:vt alibi dixi. ¶Sed si totum hoc est ita apparet qualiter mundus potest habere agens etiā fm famositatez dictum:quia ei inest aliqua innouatio que est requisita in ratione famosi agentis. ¶His habitis respondeo modo rationibꝰ in cōtrariū. ¶Ad primū dicendū q quatuor sunt mēbra que innuit auer.primū.s.q est priuatio.secundum esse purum.tertio cōmixtio priuationis z esse vt motus.quartum esse in continua immutatione cum aliqua permanentia:sicut est in substātijs permanentibus:tamen occulte nutribili.vbi enim non apparet nutritio ita manifeste:z de quo dixit esse mundum:si bene consideres.et hoc intendit Auer. ¶Ad scōm concedo intelligentias dependere a primo:sed nō eo modo sicut mundus:quoniā mundus dependet tanq̄ res cum aliqua innouatione:quia nō est formaliter necessarius:intelligētie sine innouatione:q sunt formaliter necessarie:ideo ipse mūdus potest habere verum z famosum agēs nō sic intelligētes:ideo negat Sillitudo z cōcedit ꝓns hz modū dictū. ¶Ad tertiū apparet solutio.cōtinue em̄ desinit esse:q continue est alius z alius:nō tā sic desinit esse q nihil ei equualēter sibi succedat:quia est ppetuus:sicut fluuiꝰ maxime quo ad ptem inferiorē. ¶Ad quartū apparet solutio. Si em̄ loquamur de potētia in fieri dependet:qm̄ hz medium

Quo res cōparant ad primū

Intelligētie duplr cōparant ad primū

Correlarium.

Nullares corruptibilis pōt ab alio eo dē nūero ppetuari: sed bn̄ ea dē specie.

Mūdꝰ pt hz agēs fm famositatem.

Solo ad primam.

Nō eodē mō depēdēt intelligentie a deo sicut mūdus.

Intelligētie n̄ hnt agēs hz famositatē. sic mūdꝰ.

UVA. BHSC. IyR_120_2

esse inter priuationem eius: ꝛ esse: quia actio actualis consistit circa rem habentem esse in medio: vt dixi supra. Si vero loquamur de potentia in facto dicitur ꝙ continue dependet: quia continue innouatur: vt ergo equina lenter sit: oportet vt sit aliquod perpetuum: vt dixit Auer. ꝛ tunc dico qꝫ depẽdet qñ est. ꝛ hoc voluit auer. ¶Ad vltimũ iam respõdet Auic. in sexto sue meta. cap. vltimo. Ult enim ꝙ causa simul sit cũ causato vlr. ideo sor. qñ est adhuc hz agens conseruans: qm̃ ille dispositiones que fuerunt eius effectiue: conuerse sunt ꝛ facte sunt eius conseruatiue ꝛ regitiue: ideo dimisso humido radicali ꝛ calore naturali a principio generationis contractis dimittitur vita: vt dicit aler. in primo de genera. ꝛ auer. refert ipsum cõ. 38. ibidem. ¶Ex his apparet intentio auer. aliqualiter. Licet multũ loquutꝰ sim de hoc in questione de intellectu. in. q. an sit aliqua virtus infinita in tertio de aia. in expositione mea de sba orbis. ibi. eñ declarauí infinities istud. ¶Et debes scire ꝙ oia hec dicta sunt hic posita: ꝛ nõ prpbata. sm. n. fidem nostram opz dicere ꝙ deus vniuoca actione produxit mundum: et in instanti: vt ptz. et iam hoc declarauí sepe.

ALGA. DVB. ix.

AIt Algazel respondens ad philosophos. Nos dicimus quod actio dependet de agente inq̃tum illa actio innouatur: non ratione priuationis eam precedentis: neq; inq̃tum hz esse tantum: qz non dependet de eo ad inducendum innouationẽ ipsum ens existens. ergo depẽdet de eo in sua innouatione inq̃tum est innouatio ꝛ exitus de priuatione ad esse. ¶Et si ab eo innouatio remoueretur: non intelligeremus deinde ipsum agens esse. ¶Et quando dicitur qꝫ esse ipsum nouum intelligitur qꝫ priuatio precedit eum: ꝛ hoc nõ est de agẽte actionem. Dico qꝫ verum est: sed hoc est pactum actionis agẽtis. videlicet. quod priuatio precedat eum: ergo quod non sic se habet: immo est continuum: non pertinet quod sit actio agentis. Neq; quodcunq; fuerit in agente in esse est agens: licet non sit ratio agentis: substantia nãq; agentis ꝛ sua voluntas: ꝛ sua sciẽtia sunt vnum re in esse agentis: a non sunt de agentis proprietatibus inq̃tum agens.

¶Inducit alga. responsionem ad philosophos ꝛ. d. Ait alga. respondẽs ad philosophos: nos dicimus ꝙ actio. i. effectus dependet de agente inq̃tum illa actio innouat. i. inq̃tum ille effectus innouat: nõ ratione prinationis eam precedentis: nec inq̃tum hz esse: vult dicere formã. vult dicere nullo modo innouatũ tm̃: qz ipsum ens existens non dependet de deo in agente ad inducendũ innouationẽ: qz nullã hz. ¶Debes scire ꝙ res potest dependere ab agẽte. Uno modo: qz nunc est: ꝛ immediate ante hoc nõ extiterit: sicut sortes qñ est actu. alio modo potest dependere. qz nunc est: ꝛ ante non fuit: sed nõ sub isto esse precise: sed bñ huic equalẽti: sicut est de mũdo vel motu ꝛ elemento: vt dixi. Dicit modo alga. ꝙ actio non dependet ab agente inq̃tum innouatur sine precessione priuationis illius: nec inq̃tum habet esse. s. simpliciter nullo modo innouatum: ergo dependet de eo. s. agente in sua innouatione inq̃tus est innouatio ꝛ exitus de priuatione ad esse. vult dicere inq̃tum habet esse qꝫ est admixtum alicui priuationi vt dixi

Res dupliciter dependẽt ab agẽte.

UVA. BHSC. IyR_120_2

scō modo. Uel forte litera est corrupta: z dz legi sic: z non exitus de priuatione ad esse: z intentio taliter q ipsum agens non intelligeremus si ab eo innouatio remouerctur. hec igitur fuit argumentatio philosophorum vt dictū fuit. ¶ Cōtra arguit alg. et qñ dicitur q esse ipsum nouū intelligitur q priuatio precedit eum: z hoc non est de agente actionem. i. mundū: vult subintelligere responsionem datam huic. ideo confutat illam confirmādo istud. d. Dico q verum est: sed hoc est pactum. i. conditio actionis agentis idest effectus. vz. q priuatio precedat eam: ergo non sic se hz: immo est continuum. i. semper ens: z non pertinet q sit actio. i. effectus agētis. vnde syllogismus potest sic componi. Omnis effectus habet esse post priuationez: mundus qui est actio agentis per te non habet esse post priuationem: ergo non est effectus agentis in scōa figura. (Necz quodcunqz) Remouet qō dam dubium: posset quis dicere vtrum quicquid est idem agenti est ratio agendi. et hoc dubium habet oztum ex superioribus: qm supra dixit: debēt agere mundum per suam scientiam: que est sua essentia. Soluit dicens necz quodcunqz fuerit in agente in esse est agens. vult dicere sm rem: licet nō sit ratio agentis. substantia namqz agentis: z sua voluntas: z sua scientia sunt vnum re in esse agentis: z non sunt de partibus agentis inqntū agēs. ¶ Et hīs apparet solutio ad rationem philosophorum.

AUERROIS.

MOs dicimus quod omnia ista verba sunt vera: quia actio agentis dependet de effectu: prout e.. mobilis z motus de primo suo esse quod est in potentia: vsqz ad suum esse in actu dicitur innouatio z priuatio: sicut dicit ipse: quia est vnus pactorum esse motus a mobili. ¶ Et nō oportet quando id quod est necessarium in actione agentis non dependeat de actione agentis q debeat de suo contrario: sicut asserebat Auic. ¶ Philosophi tamen opinati sunt q sunt aliqua entia que ipsarum diffinitiones substantiales consistunt in motu: sicut ventus z alie res: z q celi z inferiores res sunt de hoc genere. s. sunt de entibus que ipsorum esse consistunt in motu. Et si sic. ergo sunt in continua innouatione ab eterno: z sempiterno. Unde sicut ens eternale dignius est qz ineternale. Similiter id quod sua innouatio est ab eterno principalius est in nomine nouī: qz illud quod sua innouatio est aliquo tempore. Et nisi mundus in tali casu esset: scilz q eius substantia non est in motu: mundus non indigeret post ipsius esse de deo benedicto: sicut domus post suum esse non indiget de edificatore: nisi mundus esset de predicamento relationis vt insudauit se Auicen. ostendere. ¶ Nos vero dicimus qō id quod ipse posuerat verum est in superceleſtium corporum forma. Et si sic: ergo mundus indiget de agente in tempore sui esse inqntū est agēs duob⁹ modis. s. inesse subiecto mūdi existēs in motu: z esse eius forma ex qua cōstituit. Et si ipsi⁹ esse de natura relatiōis: nō de natura qualitatis nō indigeret agēte: qōlibz ei q sua forma ingredit in hoc genus qñ reperit z pficit simpliciter

UVA. BHSC. IyR_120_2

esse non indiget de agente : ꝛ ab hoc remouetur predictum dubium cadens super predicta verba.

¶Modo auer. respondet argumento alga. quod erat in scda figura dicēs. Dicimus nos ꝙ omnia illa verba sunt vera. Vult dicere ꝙ tam maior quā minor sunt vere ad bonum sensum: cuius causam dat. d. quia actio agētis depēdet de effectu, i. circa effectum prout est mobile: ꝛ motus de primo suo esse: quod est in potentia vsq; ad suum esse in actu: dicitur innouatio ꝛ priuatio: sicut dicit ipse: quia est vnus pactorum. Vult dicere priuatio est vna conditio esse motus a mobili. Et per hoc ad formam apparet. mundus esn cum innouatur continue. i. habet prinstionem aliquam. ideo apparet solutio. (Et non opꝫ) Soluit ad idem manifestius. d. Et non opꝫ qñ id qđ est necessarium. i. continuum in actione agentis non depēdet de actione agentis qđ debeat de suo contrario: immo debeat non dependere: qđ est contrarium ad dependere: sicut asserebat Auic. Voluit dicere ꝙ nō est vera maior syllogismi dicti. et probat hoc auctoritate philorum. d. phi tñ opinati sunt ꝙ sunt aliqua entia: que ipsarū diffinitiones substātiales consistūt in motu. Vult dicere quarū non sunt in motu: sicut ventus ꝛ alie res: ꝛ ꝙ celi inferiores. vꝫ. ignis ꝛ aer ꝛc. sunt de hoc genere. s. sunt de entibus que ipsarum esse consistunt in motu. (Et si sic.) probat hoc ratione: ꝛ componit sic: res sempiterne noue habent agens: sed multe res: vt mundus ꝛ elementa ꝛ reliqua sunt entia sempiterna noua: ergo dependent ab eterno agente. huius syllogismi probatur minor auctoritate philosophorū. ¶Deide ponit vim argumenti dicens. Si sic: ergo sunt in continua innouatione ab eterno. Vult dicere ab agente semper ꝛ sempiterno. ¶Deinde probat maiorem. d. Sicut ens eternale dignius est ꝙ ineternale. i. corruptibile. similiter id qđ sua innouatio est ab eterno: principalius est in nomine noui ꝙ id qđ sua innouatio est aliquo tēpore. Ex hoc apparet maior: qꝛ ex quo est dignius innouatiōe noui: ergo dꝫ habere agēs. (Et si mundꝰ.) probat idē per sylm hypotheticum sic. d. et si mundus in tali casu esset. s. ꝙ eius sba nō est i motu. Vult dicere semper. mundus non indiget post ipsius esse de deo benedicto: sed mundus semp indiget. ergo esse eius est semp in nouitate. (Sicut domus.) probat illam conditionalē p similē. d. sicut domus post suum esse nō indiget de edificatore. (Nisi mundus.) ponit solutionē Auic. d. nisi mūdus esset de predicamēto relōnis: vt insudauit se Auic. ostēdere. Voluit dicere: nisi mundus nō sit factus a deo: sed dependens ab eo. ¶Cōtra arguit Auer. primo. d. Nos vero dicim⁹. qđ ipse posuerat de mundo. verum est in forma. i. substantijs separatis supercelestium corporū: ꝛ non in rebus innouatis. (Et si sic.) Arguit melius ꝛ declarat ꝙ magis propositum habeat per hoc. d. et si sic: ergo mundus indiget de agente in tempore sui esse inquantū est agēs duobus modis. s. in esse existēs sūm mundi in motu: ꝛ esse eius: vt forma ex qua constituitur. Vult dicere ꝙ si sic ipse mundus duobus modis indigeret agente. Uno modo pro quanto continuo mouet. Alio modo inquantū hꝫ formā p quā existit. ¶Deinde remouet quoddā dubiū. posset qs dicere ꝙ mundus nō innouat: ideo vno modo tñ depēdet. s. quo ad formā. dicit. et si ipsius esse. Vult dicere esset de natura relationis: nō qualitatis. i. esset tñ dependēs nō mobile nō indigeret agente. quodlz em qđ sua forma ingredit hoc genꝰ. s. relōnis qñ reperit ꝛ pficit. i. est cōpletū sim pliciter: nō indiget esse de agēte. Vult dicere vere ꝛ famose. et addit. ob hoc ideſt. pp hoc remouet predicatū dubiū qđ posset cadere in ratione contra Aui. Et sermo eius ptz. et oia hꝛc sunt manifesta p se ex dictis i alio dubio.

Sed debes

UVA. BHSC. IyR_120_2

¶ Modo Alga. adducit scõz argumẽtũ cõtra phos. s. Alpha. ꝛ Aui. ꝛ dicit. Ait Alga. scõm argumẽtũ est hoc. dicemus q̃ intelligere suũ principium. vult dicere in primo cãto est idẽ cũ suo esse: ꝛ cũ intelligere sequit ipm: aut dñt. si primo: ergo ibidẽ nulla est pluralitas: ꝛ ꝓ ons carebit diuersitates. si scõo mõ. ergo pluralitas repit in primo principio. ergo intelligit seipm ꝛ aliud ꝑter eũ. Et hoc põt duob⁹ modis itelligi. vno mõ ꝓ primũ principiũ intelligẽdo primũ cãtũ: qđ apõ eos est motor vniuersi: ꝛ sic appet ꝛa facile: lz nõ vr valde incõuentes id ad qđ adducit: nisi tm̃ apparẽter. Et põt itelligi per primũ principiũ deũ q̃ tm̃. vnũ dixit: ꝛ tũc ꝛa nullo modo valere ivt dek: attñ põt collocari q̃ valet: eo qz illa multiplicitas in primo cãto nõ est rerũ distinctarũ in esse sz in modo. ergo illa est potis deo: qm̃ non est plus possibilis secundo q̃ primo qz illa nõ ponit aliquid reale extra illius esse.

UVA. BHSC. IyR_120_2

AUERROIS.

DIcimus nos q verum est: qđ id qđ de sui principio intelligit idem est quod seipsum: ⁊ est de relationis natura: ⁊ ab hoc puncto deficit a gradu principij. primum enim est de natura entis esse de se habentis: ⁊ veritas concessa a philosophis est quod primus intellectus non intelligit de se ipso nisi seipsum (non aliud relatiuum). s. ipsum esse principium: sed ipse est apud philosophos omnia entia in gradu nobiliori q̄ ipsa sunt in seipsis vt diffusius declarabitur in antea. patet ergo ex istis qđ non sequitur huius hominis argumentum.

CAuerrois modo vult dicere id qđ est dō sm phiam eius ⁊ .d. primū mēbrum argumēti. d. dicimus nos q verū est qđ id qđ intelligit de sui principio idem est qđ intelligere seipsum. Deinde remouet quoddam dubiū: qđ posset quis inferre. ergo nō differt a deo. Soluit ponēdo differentiā inter ipsum ⁊ deū dicēs. ⁊ est de natura orbis: qđ id intelligere est quasi de natura relōnis pro q̄to est respectu rei extra se: ⁊ in hoc puncto deficit a gradu primi principij: qđ declarat. d. primū ei est de natura entis habētis esse de se: ideo nō intelligit nisi se. ⁊ addit. d. ⁊ veritas cōcessa a philosophis est. q primꝰ intellectꝰ nō intelligit de seipso: nisi seipsum. s. ipsum esse principiuꝫ nō aliud relatū. s. esse predicamentū ab alio: ⁊ litera est trāspositā: ⁊ dꝫ sic ordinari: sed nihil de seipso. s. ipsum esse principiū: nō aliud relatū: ⁊ tunc intelligētie sicut dixi. Deinde exponit qđo pōt intelligere oia. d. sed ipse est apud phos oia entia in gradu nobiliori q̄ ipsa sunt in seipsis: vt diffusius declarat in antea. ptz ergo ex istis qđ nō sequit hui⁹ hois argumentū. hoc qđ hoc dicit Auer. melius declarabit in dubio sequenti: ideo dimittatur.

ALBA. DUB. xvj.

PJt Alga. ⁊ dicimus quod si intelligere causatum seipsum idem est quod seipsuꝫ: quia in se est intellect⁹. ergo intelligit seipsum. ⁊ intellectus ⁊ intelligens et intelligibile in eo sunt vnum et idem. vnde si ipsum intelligere seip̄m idē esset cū seipō. ergo intelligit qđ ipsum causatum est causa. ergo talis est: sed intellectus conuenit cuꝫ eo quod intelligitur. ergo omnia ista reducuntur ad seipsuꝫ. nulla igitur reperitur pluralitas: ⁊ si esset pluralitas esset ergo simiter in primo. ergo ab eodem primo plura et diuersa non procederent.

CHic vult dicere quasi confirmationem argumenti: ⁊ dicit. ait Alga. ⁊ dicimus q si intelligere causatum seipsum idem est q seipsuꝫ: quia in se est intellectus. vult dicere non medio vnitus. ergo intelligit seipsum ⁊ totaliter q intelligens ⁊ intelligibile in eo sunt vnum ⁊ idem. Deinde infert secūdū ꝓñs. dicens. vnum sit ipsum intelligere seipsum idem est cum seipso. ergo intelligit q ipsum causatū est causa. vult dicere reliquorum. ergo talis est. vult dicere est vera cā: aliter intelligēdo falsa esset: ⁊ tūc dꝫ supplere. sed intelligere se esse cām est intelligere, absolute a se: ⁊ tūc arguit. sed intellꝰ conuenit cū eo qđ intelligit. ergo oia ista reducunt ad seipsa. i. ad intelligere se: vt causa: qđ est intelligere absolute. Et tunc infert. nulla igit reperit plura litas: qđ ꝓbat; ⁊ si ibi esset pluralitas. vult dicere in intelligēdo se: vt cā est:

UVA. BHSC. IyR_120_2

inuenit aliqua pluralitas.e esset ergo simile in primo: qm̃ primũ intelligit se vt causa.ergo ab eodẽ primo.s.causato plura ꝛ diuersa nõ prouenirent. ¶Debes scire q̃ tota vis huius cõsistit in hoc.q̃ primũ causatũ intelligit se vt causa: vt apparet: eo q̃ oibus modis intelligibile ꝛ intelligens in eo sunt idem:sed vt se intelligit vt causa nõ est in eo multiplicitas.ergo nõ potest producere multa. ¶Scõo debes scire q̃ litera illa.ergo intelligit quod ipsum causatum ꝛc.reperitur aliter in libro alga.dicit enim sic.ergo intelligit q̃ ipsum causatum est a causa.ergo talis est.Et tunc vult dicere aliter q̃ dixi.apud enim me q̃ illud non intelligit:nisi se vt causatum: ꝛ quicqd intelligit erit intellectũ:vt causatum.ergo omnia intellecta reducũtur ad seipsum.i.ad intelligere se vno modo.s.vt causatum.ergo in eo non reperitur pluralitas.ꝛ si sic:vult dicere intelligere se;vt causatuꝫ esset pluralitas: tunc in primo q̃ intelligit se vt causa esset pluralitas per locum ab oppositorꝫ tunc sequitur aliud:ꝛ sic videtur mihi q̃ iste locus potest duobus modis exponi secundum q̃ litera reperitur duobus modis: ꝛ secundus modꝰ videtur dictus ab auer.in solutione eius.

AVERROIS.

QUidam nos q̃ id quod narrauit nomine philosophorum in esse pluralitatis tantum in posterioribus deo sunt erronea verba: ꝛ peripateticorum radices non insequentia.nõ nulla enim ẽ pluralitas in ipsis intellectibus apud philosophos: neq̃ apud eos differũt ex simplicitate ꝛ pluralitate:sed differunt ex causa ꝛ causato. Et differentia que est inter intelligere, primum intellectum seipsum: et intelligere alios intellectus seipsos est. q̃ primus intellectus de seipso quid ens de seipso intelligit non relatum ad aliam causam:ꝛ alij intellectus intelligunt de seipsis q̃ relatum ipsarũ causam.ꝛ ideo hoc modo multitudinem detinet. ¶Quapropter nõ sequitur q̃ sint omnes in vno simplicitatis gradu. non enim sunt in vno relationis gradu ad primum principium:neq̃ aliquis eorum simplicitatẽ habet similem simplicitati primi principij. Primus enim habet esse de se:ꝛ ipsi habent esse relatum. ¶Sed id quod dixerat. videlicet.q̃ si intelligere seipsum idem est quod seipsum quomodo intelligit se causatum a causa: ergo talis est:sed intellectus adequatur ad intelligibile.ergo omnino ista reducũtur ad seipsum.nulla igitur est ibi pluralitas.ꝛ si esset repta similiter esset in primo intellectu. Non namq̃ sequitur q̃ quamuis intellectus intelligens ꝛ intelligibile sit in separatis intelligentijs vnum ꝛ idem:q̃ sint equales in simplicitate.philosophi enim ponunt q̃ intellectus differunt in hac proprietate ꝑm maius et minus:ꝛ dicta simplicitas non reperitur ꝑm veritatez: nisi in primo intellectu.ꝛ causa huius est q̃ substantia primi intellectus est qd per se existens:ꝛ alij intellectus intelligunt de' seipsis q̃ in primo intellectu consistant. Unde si intellectus intelligens ꝛ intelligibile in quolibet horum intellectuuꝫ essent in gradu vnitatis:quod sunt in primo esset ipsoruꝫ substantia similis substantie aliorum:

UVA. BHSC. IyR_120_2

quod est falsum. ¶Et est notandum quod ista verba et eorum
responsiones sunt dialecticalia: sed bene potest inuestigari de hoc
demonstratiue qui vellet: licet comprehensio humana intelligi-
bilibus propositis profundis deficiat: sed oportet perscrutatores
prescire: quid est intellectus: & ante prescire quid est anima: & an-
te prescire quid est animatum: & omnia oportet q̄ prescianter ali
bi diligenter & seriatim. Non igitur in presenti loco possunt talia
ex improuiso declarari quare quo ad p̄sens sunt dimittenda.

¶Posteā adduxit sniam alga. vult modo adducere solutiones dictorū sm
veros philosophos: & d. dicimus nos q̄ id qđ narrāt nomine philosopho-
rum in esse p̄fectis tm̄ in posteriorib⁹ deo. vult dicere in eo qđ dicit solū in
posteriorib⁹ deo esse p̄fectē. sunt verba erronea: & peripatheticorū radices
nō sequētia. Deinde assignat cām. d. nulla cm̄ est p̄fectas in ipsis actib⁹. vult
dicere separatis apud philosophos: neq; apud eos differunt ex simplicita
te & pluralitate. i. penes simplicitatem & pluralitatē. sed differunt ex causa
& causato. & tunc adde maiorem. s. sed motores corporū celestiū sunt intelle
ctus separati. ergo in eis nō est differentia sm pluralitatē & simplicitatem:
sed solum sm causam & causatū. quomodo differūt sm causam & causatum
dictum est: & dicam forte post: & quomodo nō sm pluralitatē & simplicita-
tem dicam post forte: ly dixi multū in alijs. ¶Et posteā remouit vnū erro-
rem: vult modo remouere aliud quantū ad intelligere in illis declarando:
quomodo differt intelligere primi & intelligere reliquorū: & dicit. & differen
tia que est inter intelligere primū intellectū seipsum: & intelligere alios in-
tellectus seipsos est q̄ primus intellectus. vult dicere dei de seipso q̄d ens
de seipso intelligit non relatum ad causam: vult dicere q̄ primus intellect⁹
nō intelligit nisi se non intellectione relata ad causam priorē & alij intelli
de seipsis quid relatū ad causas ipsarū. & ideo vult dicere intelligere reliq̄
rum multitudinē retinere. vult dicere. q̄ in eis intelligēs & intellectū non
vniūtur oibus modis: vt dicā. ¶Deide infert modū quomodo ille sunt cō-
posite alio a modo alga. d. quapropter nō sequit̄ q̄ sint oēs in vno simplici-
tatis gradu. vult dicere equaliter simplices. Et syllogismus sic componit̄.
oia causata que nō sunt in vno gradu relonis ad primū principiū eorum:
nec habēt simplicitatē illi simile nō sunt i vno gradu: sed nulla causata ad
eorū causam habēt vnū gradū relationis: nec sunt ei similia in simplicita-
te: ergo nulla causata eorū sunt in vno gradu simplicitatis. maior est mani
festa per se. minor aūt hz duas partes: & primā relinquit pro manifesta. se
cundam probat. d. primus em̄ hz esse de se. vult dicere nō a causa priori eo.
& alij hñt esse relatū. & p̄ñs nō hz equalē gradū simplicitatis ad primum.
¶Deinde venit ad formā argumēti: & primo repetit illud. d. sed id qđ dice
rat. vz. q̄ si intelligere seipsum idem est qđ seipsum. ergo intelligit se causa
tum a causa. ergo talis est: sed intellect⁹ adequat̄ ad intelligibile. ergo oia
ista reducūtur ad seipsum: nulla igitur est ibi pluralitas. & si esset recepta.
vult dicere ibi pluralitas. similiter esset in primo intellectu: & hoc fuit motū
alga. voluit quasi argumentare. in separatis idem est intelligens & intelli
gibile: vt probatū est per argumētū iam dictum ab eo. ergo oēs sunt equa
les in simplicitate. p̄ña probatur: q̄ aliter in deo esset cōpositio: vt dictuz
fuit. auer. negat p̄ñam. cōcedit em̄ añs. & negat p̄ñam. q̄m posita idētitate
in illis inter intelligēs & intelligibile adhuc hz latitudinē: & solū in primo
est simplicitas summa & summa identitas. in reliquis vero: quia nō sunt

UVA. BHSC. IyR_120_2

equales in gradu relationis ad primum: nec erit equalis idētitas: immo quāto intelligētia est inferior tāto in ea reperit maior cōpositio: vt dicā: et sic ꝓbatio nihil est: z hoc dicit. philosophi. n. ponūt qō intellꝰ in hac ꝓprietate in hoc qō est idem intelligēs z intelligibile in eis ſm magis z minus. z dicta ſimplicitas non reperitur ſm rei veritatē. vult dicere in fine niſi in primo intellectu. Deinde dat cauſam diuerſitatis. d. z cauſa huius est: quia ſōa primi intellꝰ est quid per ſe exiſtens. vult dicere in cauſatis z absolutis: z alij intellꝰ intelligūt de ſeipſis: qō in primo intellectu conſiſtant. vult dicere qō intelligūt ipſos eſſe cauſatos a primo. et tu potes ex hoc componere duos ſyllꝰos: z ſic perſiſte. Deinde redit ad id quod iam dixit. d. vnde ſi intellꝰ intelligens z intelligibile in quolibet horum eſſent in gradu vnitatis. vult dicere ſimplicitatis: quod ſunt. i. qualiter ſunt in primo eſſet earum ſubſtantia ſimilis ſubſtantie aliorum. vult dicere. omnes eſſent vnius z equalis perfectionis: quod est falſum. z hoc fuit iam declaratum. ¶ Et poſtq̄ dixit tot: vult modo ſe excuſare a diligentiori explanatione: et cauſam ponit. dicens. z est notādum qō iſta verba. vult dicere ſua z eorum rationes ſunt dialecticalia: ſed bene poteſt inueſtigari de hoc demonſtratiue qui vellet: licet comprehenſio humana intelligibilibus preſuppoſitis profundis deficiat: z ſi litera non eſt corrupta. vult dicere: quia est ei difficultas aliqua circa cognitionem illorū profundaz. Et oportet perſcrutatorez preſcire: quid eſt intellectus: z ante preſcire: quid eſt anima: z ante preſcire: quid eſt animatum: z omnia oportet vt preſciantur alibi diligenter z ſeriatim: nō enim in preſenti loco poſſunt talia ex improuiſo declarari. quare ergo ad preſens ſunt dimittenda. Ecce quomodo auer. excuſat ſe: z cauſam ſue excuſationis innuit: z tu conſideꝛa.

Sed hic est queſtio que licet ſit dicta ante in queſtiōe de intellectu: attamen pro nunc volo eam aliqualiter diſcutere. ſ. vtrum in primo intelligens z intelligibile ſint vnum z idem omnibus modis: z p ꝓs quomodo in reliquis vera ſit. ipſum intelligens z intelligibile non ſunt idem omnibus modis: ſicut in primo. arguo q̄ non in primo vniunt oibus modis: qm̄ intellectus primi nō intelligit niſi inquātum cauſa reliquorū. ſed cauſa refert ad cauſatū. ergo intellectio primi eſt relatiua: ſicut intellectio aliorū. ergo intelligibile z intellꝰ ille nō oibus modis vnient. ſic. n. arguit auer. de alijs intelligibilibus. ¶ In contrariū eſt auer. ꝟ. ¶ Pro ſolutiōe p̄ſentis q̄ſtionis: primo volo accipere aliqua quaſi premiſſas. Scōo ex illis declarabit intētio huius phi. ¶ Quātū ad primū opz accipere q̄ intelligētie reſpectu primi ſunt in diſſimili gradu. volo dicere qō intelligentie non ſunt eiuſdē z equalis ꝓfectionis cum primo. hec propoſitio eſt manifeſta: eo q̄ cauſant a primo. ergo deficiūt a ꝓfectione primi: qm̄ cātum cauſat ꝓfectione aliqua q̄ ſaltē cōtinet in cauſa eius. ¶ Scōa ꝓpoſitio eſt. qō intelligētie nō ſunt a primo equaliter punctualiter recedētes. immo vna plus: alia minus recedit. hec ꝓpoſitio appet: tum ex verbis ari. 2. celi tex. cō. 62. vide verba auer. ibidē. tum rōne: qm̄ deus est cauſa primi: z in gñe cāe vlis. ſcōa autē est cā tertie in gñe cāe prime. z prima. ſ. deus est cauſa illi⁹ tertie in gñe cāe vlis: z tertia est cā quarte in gñe cauſe prime. z ſcōa cauſa quarte in genere cauſe vlis. deus autē in genere cauſe vltiſſime. z ſic de oibus. vñ vltima cauſat a penultima tāq̄ a cauſa proxima z particulari. ab alijs tanq̄ a cauſis ſcōis. z a deo tanq̄ a vltiſſima cauſa: z hoc est manifeſtū ſepe in iſta diſputatione. ¶ Ex hoc apparet qualiter intelligentie non ſunt omnes equaliter punctualiter recedentes: quia prima recedit minus ſcōa: z ſcōa minus tertia: eo q̄ ſemper cauſatum deficit a cā

Solutio.

Prima ꝓpō

Scōa.

UVA. BHSC. IyR_120_2

eius tam proxima q̄ vltissima. ¶Tertia propositio.quelz intelligētia citra primā intelligit primū.s.deum.qm̄ ois talis mouet pp primū rāq̄ propter finem intellectū:vt dicā deo duce in vltima disputatione huius libri.s.14. vnde z ari.12.me.tex.cō.36.declarauit idem. ¶Quarta propositio.in omnibus separatis intellectionibus intellectio z eorum sba est vna z eadem aliquo modo: lz sit declaratū hoc pro parte.attamē in disputationib⁹ sexta z septima melius rationibus fortissimis declarabit.ergo intelligere existens in substantijs separatis citra primū non est deus oibus modis.hoc apparet eo q̄ tunc oēs essent deus:qm̄ intelligere est substātia intelligētiarum:vt dixi in quarta. ¶Et his opz declarare modū quomodo primū principium intelligit reliqua post ipsum:z quomodo reliqua intelligunt ipm: z illud q̄ō primo aspectu apparet est.q̄ intelligētie nō intelligunt primum: q̄ habēt a materia que sunt similitudines derivate a primo.sicut oculus meus per similitudinē coloris ipsum coloz̄ inspicit.hoc apparet: eo quia in illis intellectus z intellectus sunt vnū in esse vt dictū est. ¶Scōo apparet q̄ nō intelligunt primū:q̄ sunt esse primi:qm̄ vt dictū est.omnes recedunt a primo:eo q̄ causant ab illo:vt scis ex dictis. ¶Tertio apparet q̄ intelligant primū per eaz substātias z essentias:qm̄ intellectio z intellectus sunt vnum vt dixi. Et cum nō intelligant primū per species:nec per hoc q̄ō sint illius causez per hoc q̄ per essentias eorū intelligunt.ergo vt sunt causata a primo intelligūt illud primū.intelligentie igitur:q̄ intelligūt se cātas a primo:ideo intelligūt primū. ¶Et cum dixi tibi modū quomodo intelligūt primū opz declarare q̄o in intellectionib⁹ nō se habent equaliter z punctualiter respectu primi:qm̄ prima intelligētia que est primo causata intelligit primū in gradu proximo sibi:vt.s.est causatū ei proximū.ideo vnio inter intellectū eius z intelligibile parum recedit ab vnione intellis z intelligibilis in primo.tertia autem intelligētia duo causata intelligit primum.sed vnio intelligibilis cum eius intellectu est minor q̄ in sōa: quoniam ibi non solus est intellectio prime simpliciter.s.dei:sed etiam sōe que fuit eius causa.ideo intellectio in tertia z intelligibile multiplicatur sm q̄ vt causatum non modo intelligit primū quod fuit illius causa vltimo: immo z sōm:z sic de quarta z quinta vsq̄ ad infimaz. ¶Ex quibus appet q̄ vnitas in reliquis intelligētijs cum intellectu nō est punctualis: immo ibi reperitur plus z minus. ¶Et cuz omnia hec sint verificata:apparet qualiter intelligentia vna est altera simplicior:quoniā proxima deo:quia parum recedit a deo.immo vnio intellectus eius cum intelligibili:quod est deus est parum recedens a simplicitate summa: z sic minus composita.tertia vero quia recedit per secundam plus intelligibile: z intellectus multiplicatur: quoniā intelligibilia sunt duo:z intellectus vnus.ergo intellectus eius.est compositior tali compositione. ¶Superest modo videre quomodo deus intelligit reliqua.z dicendum q̄ deus nō intelligit reliqua:nec per species nec per hoc q̄ causatur ab eis.ergo per hoc q̄ est eis causa essendi. Tūc primo aspectu apparet q̄ deus intelligit illa intelligendo se tantum:qm̄ perfectio eius est tanta quāta intelligentiarū: z maior.qm̄ est causa earum:et ideo non intelligit:quia deficit ab illis:immo z quia continet illas pfectiones illorum.Scōo apparet q̄ intellectus eius z intelligibile omnibus modis est idem.quoniā intellecta nō sunt in eo tanq̄ causa in causato:sed potius ipse est in illis isto modo . ideo intellectus z illud intelligibile sunt vnum omnibus modis.Tertio apparet q̄ intelligentia sibi proxima intelligit tertiam ei proximā eodem modo sicut prima intelligit reliquas.s.q̄ est causa illius.z sic de alijs. ¶Pro intellectu q̄stionis argumēti debes scire

Tertia.

Quarta

Qñ̄o primū pncipiū intelligit oia post ipz z ecōuerso.

Intelligētie intelligūt deū ꝑtū intelligūt se cātas esse a deo.

Intellectiōes intelligētiarū nō sūt eq̄les respectu primi

Deꝰ intelligēdo se intelligit alia.

UVA. BHSC. IyR_120_2

q̄ per compositionē non intelligit auer. compositionē ex intellectu ⁊ re intellecta: vel ex duabus rebus ꝑm esse distinctis: sed ex gradu perfectionis a gradu imperfectionis. ⁊ ideo intelligentia proxima deo est cōposita parua cōpositione: qz ei tm̄ vnus gradus perfectionis deficit. pp qđ intells et intelligibile plus vnuꝝ q̄ in reliquis. in tertia: qz duo gradus deficiūt. s. prime ⁊ scđe: ⁊ ideo intells ⁊ intelligibile plus cōponunt cōpositione dicta: et sic de alijs. ⁊ qz in prima nulla deest pfectio: sed oīm perfectiones cōtinet. ideo ibi nulla est cōpositio inter intellectū ⁊ intelligibile. ¶ Ad argumētū igitur dicendū q̄ deus nō intelligit alia sub isto respectu cause: qz sic intelligeret rem respectiue: ⁊ sic cognitio nō esset absoluta. vñ deus intelligit illa: qz esse suū. vel posito q̄ intelligat se esse causam: adhuc non sequit q̄ sua intellectio sit alio modo cōposita: qm̄ vt causa nō deficit a pfectione supre habet illā. et nō dz dici intellectio illa cōposita. ¶ Sed dices. ergo eius intellectio erit relatiua. nego argumentū. qm̄ nō refert ad aliud extra se: sed ad se: qm̄ pfectiones alie oēs cōtinētur sub eo: ideo nō refert nisi ad se: non sic de alijs: qm̄ alie intelligūt deū: nō per pfectionē quā habēt illius: ideo intellectio earū refert ad aliquid extra se: ⁊ ideo solus deus nihil intelligit extra se. Et hec non possunt perfecte intelligi nisi videas ea que dixi in lib. de intellectu. ⁊ forte dicam post. ¶ Et debes scire q̄ oia hec sunt dicta philosophorū: ⁊ nō sunt ꝯ probata rationib⁹: sed posita. ego autē in libro meo de intellectu adduxi vias eorum quibus concluserunt ista. ⁊ ibi adduxi solutiones veras nostre legis. nunc autem. sit dictum in tantum.

Replica. Solutio.

De⁹ ex se nihil intelligit. excusatio

ALGA. DUB. xvij.

IIt Algazel: ⁊ modo nos dimittemus allegationes vnitatis primi principij. non enim apparet q̄ sit vnum omnimode: quia ex dicta pluralitate remouetur ab eo vnitas.

Hic alg. arguit iterū cōtra ꝓhos vñ dicit. ait alga. Et modo nos dimittemus allegationes vnitatis primi principij. vult dicere argumēta probātia ipsum esse vnū. nō em̄ apparet q̄ sit vnū omodo: qz ex dicta plitate remouetur ab eo vnitas. vult dicere. si primū principiū pōt multa, producere: remouet ab eo vnitas: sed ipse est summe vnū. nos em̄ dimittem⁹ ipm̄ esse vnum: qm̄ pōt ꝓbari demōstratiue. ergo primū principiū nō pōt multa, producere.

AVERROIS

MOs dicimus qđ intendit hic Algazel dicere. qđ posito qđ primus intellectus se ipsum intelligat de se ipso: quod est causa eius posteriorū: potest igitur dici qđ non est summe vnus nisi alio modo probetur: ⁊ hoc qđ dixit hic alga. est sine dubio peripatheticorū opinio: ⁊ asserūt eā esse augmentabilē opinionē.

Quite rn̄det Auer. sed primo repetit vim argumēti. d. dicimus nos q̄ intē dit ꝯ Alga. dicere q̄ posito q̄ primus intellectus se ipsum intelligat de se ipso quod est causa posteriorum eius. vult dicere. posito q̄ intelligat se esse causam multorum posteriorum. potest igitur dici q̄ non est summe vn⁹ nisi alio modo probabitur. vult dicere. posito illo antecedente sequitur ipsum esse summe vnum: cui respondet Auerro. dicens. ⁊ hoc q̄ ꝯ dixit. vult dicere consequens illatum est sine dubio peripatheticorum opinio: ⁊ asserunt eam esse argumentabilem. i. probabilem opinionem. vnde apud peripatheticos deus est multiplex in virtute. ⁊ ita non est summe vnus: licet sit

summe

UVA. BHSC. IyR_120_2

summe simplex secundum omnes.z sic non illud est necessarium:licet videtur impossibile.¶Debes scire quod vnum inquantum vnum:nec excludit summam simplicitatem:nec includit.quoniam ratio formalis vnius consistit in priuatione:vt dictum est:scilicet in diuisione in se a quolibet.modo cum ista ratione potest stare summa simplicitas:z remouere:vnde vnitas numeralis est summa z maxima vnitas:attamen compositionem patitur: sic apparet qualiter licet deus sit summe simplex:non tamen ppter hoc debet esse summme vnus:immo summa simplicitas arguit multitudinem perfectionum:vt dictum est.12.meta.com.39.

Quãuisꝯ us sit summe simplex nõtꝫ ẽ summe vnus.

ALSA. DUB. xvij.

Jt Algazel:z si aliquis diceret:q primus intellectus non intelligit nisi seipsum:z intelligere seipsum idem est quod seipsum.ergo intellectus itel ligens z intelligibile est vnum omnimode:z non intelligit aliud.nos respondemus .d.quod hec opinio reprobata est ab Aui.z aliꝭ veracibꝰ pho rum. Dicũt.n.q primus intelligit seipsum princi pium etꝰqꝫ ab eo influit:z intelligit oia entia distincte spẽbus:sz vniuersali modo:non tñ particulari. Ipsi nãq negãt opinionem dicentes q a prio ꝓncipio non ꝓcedit nisi vnus intellectus tñ: z id quod intelligit est intellectus:z influit ab eo intellꝰ:z ania orbis:z corpus orbis:z intelligit seipsum z sua tria causata:z ipsius causam:z suum ꝓncipium non intelligit nisi seipsum.ergo sequitur ex hoc quod causatum est nobilius causa:put a causa nõ influit nisi vnũ:z ab isto tres influũt:videlicet:q primꝰ intellꝰ nõ intelligit nisi seipsum:z istud primũ causatũ intelligit seipsum et suam cãm z suũ principiũ.ergo talem deum gloriosum ponere facit eum defectuosiorem vllo ente seipsum intelligente:quia sine dubio qui eum intelligit:z seipsum etiam:nobiliꝰ est illo: prout ille tantum seipsum intelligit. Tandemquod isti philosophi quasi esse benedicti equiparent esse mortui:sed differt a mortuo put mortuus seipsum non sentit:sed ipse deus sentit.quare dicimus quod omnia ista sunt erronea. Absit quod attribuantur benedicto deo:immo meditamur quod hanc opinionem obtinentes debent ab ipso deo turpiter puniri:z vtrum ab eodem debent indulgentiam neq; veniam repetire.

Cyte Alga.soluit motiuum philosophoꝝ.vnde dicit.ait Algaz.z si aliꝯ diceret q primus intellectus non intelligit nisi seipsum:z intelligere seipsum idem est quod seipsum.vult dicere.sunt omnibus modis esse illius.ergo intellectus intelligens z intelligibile est vnum omnimode.z non intelligit aliud.hoc igitur est argumentum philosophoꝝ cui respondet Algaz.d.hec verba.nos respondemus dicentes quod hec opinio reprobata est ab Auic.et aliꝭ veracibus philosophoꝝ.dicunt enim.quod primus intelligit seipsum principium quod ab eo influit:z intelligit omnia entia distincte speciebus:sed vniuersali modo:non tñ particulari .ipsi nãq negãt opinionẽ dicẽtes.q a primo principio non ꝓcedit nisi vnus intellꝰ tantũ:

Destructio destruc.Auer.

UVA. BHSC. IyR_120_2

z id qō intelligit est intellectus:z influit ab eo intellⁱs:z alia orbis:z corp⁹ orbis. hec verba possunt intelligi primo sicut iacent:z tunc sine dubio videtur sibi contrarius: quoniam ipse non ponit illud quod modo sibi ponit Alg. nisi forte ille Auic. non habebat inconueniens dicere duo opposita ſm diuersum modum. ſ. quorum vnum creditū: aliud ſm philosophiam. vl forte litera est corrupta. z vbi dicit hec opinio reprobata est. vult z debz dici approbata est:z vbi dicit. z intelligit omnia entia distincte specieb⁹. debet dicere non intelligit:z tunc sermo est manifestus per se. Sed quomodo est z qualiter sit videbimus hoc in solutione dubij forte vel saltem apparebit ibidem intentio istorum. ¶ Deinde videtur mihi quod arguit contra opinionem illam peripatheticorum. d. z intelligit. vult dicere primⁿ intellectus seipsum z sua tria causata scilicet animam orbis:z orbem:z intellectum alterius orbis:z intelligit etiam ipsius causam:z suum principium. vult dicere deus non intelligit nisi seipsum. ergo sequitur ex hoc qō causatum est nobilius causa. vnde potest syllogismus sic componi. Intellectus intelligens deum z tria alia est nobilior intellectu intelligente deum tantum. Sed primus intellectus causatus intelligit deum z tria alia: et deus non nisi se. ergo primus intellectus causatus est nobilior deo minor pbat sic componitur. intellⁱs a quo procedunt tria illa ola intelligit. a quovnū: vnum intelligit:ſz deus non nisi vnū causat:z primus intellⁱs tria. ergo sequitur conclo illa. huius ponit mior tm. d. put a cō. vult dicere a deo nō influit nisi vnum:z ab isto. ſ. causato tria influnt. vz. q primus intellectus non intelligit nisi seipsum:z istud pmū causatū intelligit seipsum z suam causam:z suum principium. ergo talem deum gloriosum ponere facit eum defectuosiorem vllo ente seipsum intelligente: quia sine dubio qui eum intelligit z seipsum etiam: nobilior est illo: prout ille tantum seipsum intelligit. Deinde ostendit, vltimate quid dicunt. d. tandem quod isti philosophi esse benedicti vult dicere dat: equiparant quasi ad esse mortui. Sed differt a mortuo prout mortuus seipsum non sentit: sed ipse deus sentit. quare dicimus quod omnia ista sunt erronea:z absit quod attribuantur ipsi bene dicto deo. immo meditamur quod hanc opinionem opinantes debent ab ipso deo turpiter puniri:z vix ab eodem debent id est sunt digni indulgentiam: nec veniam reperire.

AVERROIS.

Scimus quod oportet illum qui de talibus ex-
mittere propositis tractare vult:z sciat de certo qō multe rerum in artibus positarum quādo ipsorum intellectui aduenitunt vt consuetum est inter vulgos: apparent illi intellectui recte somnia: magis time quod multi istorum carent propositionib⁹ similibus illis que note sunt apud vulgos. z ideo nulla via est apud eos vt possint de talibus clare informari. Veritas enim nequit vtplurimum ostendi nisi illis qui per suam viā recte ambularent:z ideo multa que sapientibus patefiunt demōstratiue apparent vulgo somnia. verbi gratia. Si diceretur alicui vulgari: licet esset in alteriori gradu omnium discretior: q sol q nobis apparet de mensura vnius pedis maior est tota terra centum septuaginta sex vicibus: negaret sine dubio totaliter z iudica-

UVA. BHSC. IyR_120_2

ret sine dubio: quod est falsum: neq; sapientes quodã ingenio ad informãdum eum prevalerent: nisi cum propriis preambulis necessariis per longũ tps assiduatis. Unde si presupposita mathematicalia sic se habẽt quanto magis in arduis ꝓpositis diuinis. s. q̃ quãdo ꝓposita diuine scientie exponunt vulgis: z ea improuiso audiunt: apparent eis errores z somnia. Non enim in hac scia reperiuntur ꝓpositiones q̃ intellꝫ cõis possit de eis cõtentari: et non tantum nobis accidit hoc in artibus speculatiuis: imo etiã in artificijs: z si imaginaremur q̃ quedã ars ab hoc mũdo amissa esset: postea imaginaremur eandem iterare: videret impossibilis. Quãobrem opinati sunt multi hominũ q̃ multe artes non acquirunt ex humanis cõprehensionibus: imo dñt aliqui q̃ traduntur a demonibus. aliqui vero dicunt q̃ tradũtur ab angelis. s. ꝓphetis. z ideo dixit quidam sapientum q̃ he artes maximũ sunt testimoniũ ꝓphetie. Unde dicimus q̃ quicũq; veritatem inuenire desiderat: z reperit aliquotiẽs dicta quedam erronea apparentia que non habẽt ꝓpositiones sufficiẽtes: q̃ possint eis auferre errores: nõ ex hoc debet iudicare q̃ illa verba sint falsa: immo debet diligenter inuestigare cum veris syllogismis: vtrum illa dicta possint quodammodo saluari: vz. addiscendo demonstratiuas artes gradatim donec lumen cognitionis intret tabernaculum: z imago veritatis pulcherrime sibi appareat. Unde quicunq; cum fraude z seductione iter veritatis p̃pedit magnum onus facinorum super suum cerebrum fert: vt putamus hoc Algazel fecisse: ita q̃ tantum decepit homines in hac scientia: q̃ multi opinati sunt q̃ philosophia sit scientiarum debilior: tandem q̃ Algazel met ait q̃ diuina scientia pp̃orum reputatur phantasia. Nos tamen demonstratiua speramus prefata ꝓpositа egregie declarare: mediantibus propositionibus notis z scitis: licet demonstratiue non sint: z nos ad hoc conamur p̃ huius hominis prauitatem. ipse enim vt predixeramus claudit veritatis ianuam z meatus obturauit beatitudinem: ita q̃ quasi lumẽ diuine scientie extinguit: z multi dispositorum ad comprehendẽdum dei archana ex suis sermonibus erroneis a processu vtilitatis eterne retrocedunt. vnde nos zelo opprobriorum sacre philosophie factorum posuimus in mentem: vt cum ensibus verarum rationum: cum iaculisq; iustorum syllogismorum dictam nostrã matrem de manibus seuerorum hostium auferamus: ita q̃ i agone philosophantium contra eam persecutantes vigeat z valeat z pphanorum etiam nefandum deinde non timeat: maxime q̃ hac de cã in presentem librum procedimus laborantes. Unde dicimus q̃ volũtas nostra est vt ducamus motores pp̃orum ad opinandũ p̃dicta tam in p̃mo principio q̃ in suis posterioribus:

UVA. BHSC. IyR_120_2

et flores peripatheticorum auctoritates: ꝛ dubia: ꝛ argumenta su
per predictas rationes aduenientia tam a loquentibus quaꝫ ab
alijs: et ea que eos promouit ad obijciendum philosophoꝝ opi
nionibus. itaqꝫ quicunqꝫ cernere cupiat veritatem posset acheru
morem opinionem duarum predictarum sectarum ad seipsuꝫ re
tinere. Unde modo incipientes dicimus quod philosophi quan
do intelligentie de certitudine entium nostrarum inuestigant. vi
delicet. cum separato intellectu: non id quod videtur decens im
prouiso recipi: videlicet. sine demonstratione respiciunt: immo fo
rte asserũt multa, opponentia sensibilibus demõstratiue. Ipsi eñ
inuenerunt sensibilia inferiora. videlicet. ea que sub orbe lune re
periuntur duabus naturis diuisa scilicet animata ꝛ inanimata.
Etiam viderunt quod ea que sunt generabilia predictorum con
stituuntur in quadam re que forma dicitur: ꝛ in quodlibet ente
generabili habet esse post priuationem: ꝛ illa forma in alia re que
materia nominatur consistit: ꝛ motor philosophoruꝫ ad hec fuit
quod ipsi reperiebant quod omne generabile ex aliquo ente alio
quo alio fit: quod materia nuncupatur. Etiam videbant quod il
lud generabile ex vi cuiusdaꝫ fiebat: ꝛ nominatur agens ad quã
dam intentionem notam vel ignotam. Unde breuiter huiusmo
di conati fuerunt ponere causas predictas quatuor. deinde proce
dentes in nature cursum inuenerunt quod forma rei generabi
lis: ꝛ res a qua generatio fit: scilicet agens propinquum sunt vnũ
et idem tam in genere q̃ in specie. videlicet. quod homo hominẽ
generat: qui sibi similis est in specie. mulus generatur ab asino ꝛ
equo qui sunt ei similes in genere. ꝛ quia impossibile est qȯ cause
successiue ad infinitum procedant coacti fuerunt ponere causam
primam agentem: sed in ista causa philosophi differunt. Aliqui
namqꝫ eorum dicunt q̃ hec causa est corpus superceleste. Alij ve
ro dicunt quod est principium separatum a supercorporibus ce
lestibus: ꝛ a principio illorum corporum: sed entia inferiora ex in
uicem generabilia: que animata sunt indigent de alio principio
ratione anime: quod dictam animam det etiam ꝛ formam. ꝛ gal.
nuncupat eam virtutem formatiuam. Et aliquot sapientum di
cunt quod ipsa virtus est separatum principium. quidam vero
istorum dicunt quod est intellectus. quidam dicunt quod est ani
ma. quidam dicunt quod est corpus superceleste. quidam dicũt
q̃ non est aliud nisi deus. ꝛ ideo dubitauit Gale. vtrum agens
hanc actionem sit ipsemet deus: aut aliud. ¶ Et est notandum
q̃ hec discrepatio inter pȝos est in plantis ꝛ in animalib⁹ de eis
similibus generatis. Sed de his que ex insimilibus generant dixe
rũt q̃ nõ opꝫ ponere dictũ principiũ. Hec summatim est sṁa peri
patheticoruꝫ in entibus inferioribus. ſ. generabilibus ꝛ corruptibi

UVA. BHSC. IyR_120_2

ibus. Deinde vero gradatim ascenderunt inuestigare de superceleſtibus corporibus: & apparuit eis q̄ sunt ingenerabilia: nō sicut sunt inferiora corpora. Generabile enim inquantum generabile pars est huius mundi sensibilis: cuius generatio non sequeretur nisi prout est eius pars: eo q̄ omne generabile generatur sine dubio de re: & ex re: & p̄re: & in loco: & in tpe. & inuenerunt q̄ orbium corpora necessaria sunt in generatione inferiorum corporum prout sunt agentia remota. Unde si corpora superceleſtia generabilia essent modo istius generationis: indigerent de aliis corporibus precedentibus eis: q̄ similiter essent partes alterius mūdi. ergo essent superceleſtia corpora alia: & indigerent etiā de aliis precedentibus corporibus: & sic ad infinitum.

¶ Patet ergo ex hoc & ex aliis viis ꝑpinquioribus istis. q̄ corpa superceleſtia sunt ingenerabilia & incorruptibilia: eo modo quod accidit corporibus inferioribus. Et apparuit eis q̄ corpora superceleſtia principia mouentia habent: & apparuit eis q̄ hec principia mouentia sunt incorporea: neq̄ sunt virtutes corporee: nō tamen sunt corporea: quia principia sunt corporum mundum ambientium. Neq̄ etiam sunt virtutes in corporibus existentibus sicut principia composita inferiora se habēt. videlicet. p̄ncipia animalium. Quelibet enim virtus corporea est finita prout diuisione sui subiecti diuiditur. & quodcunq̄ corpus sic se habens est sine dubio generabile & corruptibile: scilicet compositum ex materia & forma: cuius materia necessarium est in eiusdem forma esse. Rursus si principia eorum corporum similia essent principiis superiorum corporum. essent ergo illa corpora & ista similia: et indigerent illa corpora de aliis corporibus precedentibus istis. vnde prelibatis istis apud eos: & prelibato etiam apud eos q̄ quelibet forma duobus modis habet esse. videlicet. esse intelligibile quando comprehenditur separatum de materia ab intellectu: & esse sensibile. videlicet. id quod habet actualiter in materia. Verbi gratia. lapis sine dubio formam habet materialem extra animam: & aliam formam que est intellectio & comprehensio facta in anima: prout anima rationabilis capit eam separatam. vnde seqū debet igitur q̄ predicta entia separata absolute sunt pure intelligentie. Similiter oportet ꝑm ipsorum radices q̄ illud q̄ per istā intelligentiā intelligit esse entiū formas & mūdi ordinē sicut se habet humanus intellectus. Intellectus enim nō est aliud nisi cōprehensio entium formarū: aut imaterialis sunt: quapp̄ concluditur q̄ ex hoc q̄ entia duo habent esse. vz. sensibile & insensibile siue potius intelligibile. Unde putāt ꝑhi q̄ orbes dicte p̄ncipia separata intelligūt: & q̄ regimen dictoꝝ orbiū in entibus inferioribus sequit: ita q̄ ordinate prout ipsa corpora aīata sunt: & ipsi

UVA. BHSC. IyR_120_2

comparantes intelligunt ipsa separata intelligētia⁊ humanū intellectum inuenīūtur ea intelligētia nobiliora humano intellectu: licet communicent ꝑut intelligūt entium formas: ⁊ quod forma cuiuslibet eoꝝ est id qō cōprehendunt de formis entium ⁊ ipsorū ordinez. ⁊ ita similiter se habet intellectus humanus: sed differūt quia entium forme cause sunt humani intellectus. ab eis itaq; ꝑficitur: sicut quelibet res perficitur in sua forma: sed intelligibilia dictarum intelligētiarum sunt cause entium formaruz. Ordo eñ entiū sequit̄ ordinē intelligētiarū separatarū: sed ordo nostri intellectus sequit̄ ordinē entiū. Quare huⁱ⁹ ratio defectiua est. ⁊ si sic. ergo esse sensibiliū entiū multos hz gradus: quoꝝ vilior est in materia. nobilior illo est esse: qō hūt in humano intellectu: ⁊ nobilior isto est esse qō habēt in separatis intelligētijs. Deinde in ipsis separatis intelligētijs dicte forme gradus habēt adinuicē differētes ꝑm q differāt ille intelligētie adinuicē. Rursus qñ ipsi specullatt fuerūt de corpe supercelesti inuenerunt eum ꝑm veritatē vnū corpus simile vni animali vnum motū vniuersalē habenti: sicut quodlibet animal vnum vniuersalē habet motum. s. translationē sui corpis: ⁊ hic motus vniuersalis in corpore supercelesti est vnⁱ⁹ motus qui in suprema sphera fit. Postea inuenerunt q alij orbes motus habent particulares similes motibus particularibus mē brorum vnius animalis. Et dicūt philosophi quod colligatione hoꝝ corporum inuicē ⁊ reductione ipsoꝝ ad vnum corpus ⁊ vnū finem est cōuenientia omnium in vno opere. s. regimine huⁱ⁹ mūdi: ⁊ q ex hoc sequitur q omnes motus celoꝝ ad vnum reducuntur principium: vt vere simile reperitur in pluribus artibus erga vnum finem tendētibus. Omnes nāq; ille artes ad vnam ⁊ eandem reducuntur: que p̄nceps aliarum artiū sine dubio est. ⁊ ideo coacti fuerunt opinari q illa separata principia ad vnum principium separatum reducuntur: qō est primū omnium causarum: ⁊ forma ⁊ ordo que in hoc principio sunt nobilior est formarum et ordinum: ⁊ hic ordo est causa ⁊ principium omnium ordinū huⁱ⁹ mundi. Amplius quod dicte intelligentie inter se differunt in nobilitate ꝑm statum quem habent de primo principio in ꝓpinquitate ⁊ longitudine. Unde primus intellectus nō intelligit nisi seipsum: ⁊ intelligens seipsum omnia entia intelligit: sed in nobiliori esse ⁊ ordine qui esse potest. Substantia tamen dicti primi intellectus posterioris: ⁊ id quod intelligit de formis: ⁊ ordinibus in primo intellectu existentibus: ⁊ dicte separate intelligentie adinuicem differunt in hoc puncto. Unde sequitur ex hoc. quod nullus infimorum intelligit de nobiliori illo: quod ille nobilior intelligit de seipso: neq; econuerso: scilicet quod quelibet intelligentiarum entia intelligit in vno ⁊ eodem gradu. si enim ita esset se-

UVA. BHSC. IyR_120_2

queretur.q̄ essent vnum: z idem: z non differrent in numero. Unde hoc modo differunt: z dicunt q̄ primus nō intelligit nisi seipsum: z primus intellectus qui procedit ab eo qui intelligit primum: nō intelligit eo posteriora: quia causatus est: z si intelligeret eum rursus esset causatus a causa. Etiam dicunt q̄ id quod intelligit primus de seipso est omnium entium causa: z id quod intelligit quilibet posteriorum de primo est quodamodo quod est causa priorum entium: z quod est causa suipsius. Hoc modo igitur debent philosophorum opiniones in premissis intelligi: z in motoribus ipsorum ad omnia predicta: z quando diligenter respiciuntur reperiuntur in sublimi gradu sufficientie: maxime respectu motorum loquentium: presertim saracenorum: vt sunt due secte que dicuntur mohāzela: z asharita: que in primo principio opinātur. s. q̄ in mundo est vna substantia incorporea neq̄ in corpore consistens: et est viua: volens: sciens: potens: loquens: videns: et audiens: sed asharita expresse opinatur q̄ hec substantia est efficiens omnia entia absq̄ aliquo medio: z sit in eis infinita scientia: prout entia infinita sunt: et negant causas hinc esse in rebus inferioribus: et dicunt quod hec substantia reperitur cum qualibet re. videlicet. adiungentibus adiunctione essentiali: et non est dubium q̄ multa inconuenientia sequuntur hanc positionem: eo q̄ ens quod tale est oportet necessario q̄ sit de genere aie. Anima enim est substantia incorporea viua: et sciens: et potens: volens: videns: z audiēs: et loquens. ergo ista ponunt entium principium animam vniuersalem separatam a materia: et ipsi non putant etiam opinari. Unde ducemus dubia super hos errores cadentia: cuius fortius est id quod opinati sunt de dei denominationibus. ipsi enim dicunt quod hec est quedam substantia antiqua composita: sed secte asharite hoc negant. ipsi enim dicunt quod quelibet compositio est noua prout accidens est: et quodlibet accidens apud eos est nouum: et opinantur cum hoc quod omnia entia sunt irregularia: scilicet que non sunt sub terminato ordine naturali: neq̄ sub cuiusdam sapientie ministratione dantis entibus ordinatam mensuram: immo opinantur quod quodlibet ens aliam naturam habere potest preter illam quam habet: et hoc sequitur eos necessario in intellectu: licet videāt quod effectus mundi sequuntur ordinem et regulam: et vocant eum ordinem sapientie: et ipsum efficiens sapiens: et assimilant opera naturalia ad voluntaria: et dicunt quod quilibet actus inquantum actus procedit ab agente volente: viuo et sapiente: et quod actionis natura inquantum actio infert hoc: et allegant in hoc dicentes q̄ id quod non est viuum est mortuum: z de mortuo nullum opus procedere dz: z negāt opera procedētia a naturalib⁹ virtu-

UVA. BHSC. IyR_120_2

tibus: z negant q res viue nobis presentia opera habeant. Et dicunt q hec opera nobis apparentia adiunguntur viuo: z licet appareat q corpus brutum ea agat: non est dubium q procedant ab agente viuo occulto: z ideo sequitur eos q nulla vita sit presens. Rursus valde mirandum est de eis: qualiter talia incongrua z inconuenientia possunt opinari: quod sensibiliter reprobanda sunt. vz. q nulla sit vita presens. Qualiter tamen primum agens seu efficiens asserunt hac via: ipsi posuerunt q quodlibet innouatum habet innouantem: z est impossibile quod hoc procedat ad infinitum: ergo oportet necessario q hoc proueniat ad innouans antiquum. Et nos dicemus q hoc est verum: sed nō ex hoc sequitur q sit incorporeum: z ideo oportet applicare eos ad hoc vnam aliam ppositionem. s. q omne corpus nō est antiquum. ¶ Et est notandum q hanc opinionem plurimi sequūtur: quia ex hoc nō patefit q mundus habeat innouantem. dici enim potest q innouans est opus antiquū nudum de omnibus accidentibus: ex quibus ipsi ꝓbant q corpora supercelestia sunt innouata. et posito ab eis q celi generantur attribuunt eis generationem modo inconsueto in corporibus inferioribus. vz. q ipsi dicunt celos generari: non de re: neq; in tempore: neq; in loco. In corporibus enim nobis presentibus nulla fit generatio taliter. s. de nihilo. vz. attribuunt mundo agentem similem agenti, rerum nobis presentium. Agens nāq; nobis presens aget sine dubio alterādo ens de quadam dispositione ad aliam: non de priuatione ad esse: immo expoliat eum de suo indumento formali: z induit eum alia forma: z ideo opinati sunt antiqui q ens absolute non generatur: neq; corrumpitur. vnde concesso ab eis q celi innouantur: nequeunt declarare: quod fuit primum innouatorum. Sed agens apud eos materiam z formam generaliter facit si opinati sunt ipsum habere materiam: aut facit eū totaliter si fuerit simplex sicuti opinati sunt de parte indiuisibili: z si sic: hec species agentis permittat priuationem ad esse in generatione. vz. in generatione substantie in diuisibilis: que apud eos est corporum elemētum: z permutat esse ad priuationem quando illa pars indiuisibilis corrumpitur: z est manifestum q nullum cōtrarium ad suum contrarium conuertit: z ideo pura priuatio nequit conuerti ad esse: quia calor nō potest ad frigiditatem conuerti: sed priuatus reducatur ad ens: z calidū reducatur ad frigidum: z est econuerso. Et ideo dixit Johanzela q priuatio est quedam substantia: sed putat q ipa substātia ante mundi creationem nuda erat de denominatione esse. ¶ Et est notandum q auctoritates ex quibus meditātur cōcludere q res ab aliqua re non fit: erronee sunt: z fortior illis est id quod dicunt vz. q si semper res de re deberet fieri: ꝓcederet igitur ad infinitū.

UVA. BHSC. IyR_120_2

¶Sed ad hoc respondendum est q hoc impossibile esset: si generatio ꝓcederet recte: quia sequeretur ex hoc reperiri infinitum in actu: sed circulariter non est impossibile. vz. q ex aere fiat ignis: z ex igne aer ad infinitum circulariter cuz eterno subtecto. z fortior opinio eorum est ad asserendum: quod totum vniuersum innouatur. tale est. id quod euadere nequit a nouitatibus est nouuz: sed totum sic se habet. ergo ꝛc. Sed nos dicimus q in hac ꝓbatione maxima est reprehensio. ipsi enim non dicunt q id quod non euadet a nouitatibus in presente est nouum de nihilo: z ponunt q totum innouatur de nihilo. Preterea: illud subiectum quod apud eos prima materia vocatur: z non euadet de corporeitate: z corporeitas absoluta apud eos non innouatur: z ꝓpositio dicta ab eis q id quod non euadet a nouitatibus est nouum: non est concedẽda nisi in eo quod nõ euadet de vno innouato: sed id quod non euadet a nouitatibus vna in genere principium non habentibus. nõ sequitur eos quod subiectum eoz nouitatũ sit nouũ. ¶Quare loquentes idcirco. vz. de secta asharie conati sunt applicare ad predictam ꝓpositionem aliam. vz. quod impossibile est inuenire nouitates infinitas: scilicet p̃ncipium: neq; finem habẽtes. z hoc est apud philosophos necessarium. Patet ergo q hoc inconueniens z multa alia sequuntur loquentes z eoz sequentes: et sunt sine dubio pluscz inconuenientia philosophos sequẽtia. Rursus dicimus q id quod posuerit. vz. quod vnum z idem agens quod p̃mum principium est: efficit omnia mũdi entia absq; aliquo medio posito: falsa est: z cõtra sensum. s. quod nos inuenimus in mũdo multa entia minime agentia: sed fortior allegationibus eorum est super hoc quod si agens actus esset ꝓcederet necessario ad infinitum. Sed nos dicimus q hoc bene sequeretur si agens esset agens inquantum sic actus: z mouens esset mouens inquantum mobile. Sed rursus: non sic se habet. immo agẽs est agens inquãtum est agens in actu. quare non agit aliquid. z ex hoc sequeretur quod agentia peruenient ad vnum agens sine dubio: quod nullum in eo agit. ¶Ostensis igitur opinionibus duarum sectarum z quorũlibet opinantium: mouẽtia. vz. de primo mundi p̃ncipio. z inconuenientia vtrarũq; sectarum sequi potest tam inconueniẽtia philosophoꝝ ab Algazele ducta: de quibus insudauim⁹ nos respondere: cũq; inconuenientia loquentiũ sectarum de quib⁹ etiaz facile respondemus. Redeamus ergo ad nostrum ꝓpositum. vz. ad distinguendum huius hominis dicta in p̃senti libro: sed ante nos excusantes dicimus: q in hoc capitulo coacti fuimus ducere philosophorum mouentia ad opinandum id quod opinantur in principijs mundi: quare de ipsis dictis sumunt eoz aduersariorũ responsoria. Similiter dicimus loquentium inconuenientia z eo-

UVA. BHSC. IyR_120_2

rum mouentia: quare ratio est q̄ quilibet litigans ducat sui cōtra
rij obiectiones acerrimas: vt paret se ad defendendum de cūctis
obstaculis faciendis: sicut ꝓ̄hilosophus cōsuetus est in omnib⁹
suis libris. Facta igitur hac excusatione dicimus q̄ id quod dixe
rat Algazel. videlicet. q̄ si p̄mus principium tantum seipsum in-
telligeret: ignoraret oīa que creauit: bene sequeretur si id qō intel
ligit de seipso esset aliquid p̄ter entia absolute. sed id qō ponūt. s.
q̄ id quod intelligit de seipso sunt entia in nobiliori esse: quod fie
ri posset. s. q̄ ipse est intellectus qui omnium entium est causa: nō
quod ipse intelligit entia absolute. s. in quantum sunt cause quod
ipse ea intelligit: sicut noster intellectus sic se habet: intendūt di-
cere quod ipse deus entia posteriora ab eo nō intelligit eo modo
quo nos ea intelligimus: immo modo quo nullus intellectus p̄-
ter eus ea intelligere potest. Si enim alius intellectus entia intel
ligeret illo modo quo deus benedictus intelligit ea: communica
ret ergo cum eo in sua sciēcia: quod est falsum: ⁊ est manifestum q̄
deus ab alijs in hac ꝓprietate differt exp̄esse: ⁊ ideo cauemus no
bis concedere quod dei scientia sit vniuersalis: nec̄ particularis:
quoniam ambe iste scientie causantur ab entibus: ⁊ sunt genera-
biles ⁊ corruptibiles: ⁊ hec diffusius declarabimus in sequentib⁹
quando tractabimus de sciēcia dei. Attamen quo ad p̄sens dici-
mus; summatim. quod hec questio duo habet membra: quoꝝ vnū
est: quod si ipse deus intelligeret entia ꝑt sunt cause ipsius scien
tie: sequeretur q̄ dei intellectus esset generabilis ⁊ corruptibilis:
⁊ quod nobilior ex viliori perficeretur. Unde si eius substantia ab
intelligibilibus reruꝫ ⁊ earum ordine differret: oporteret ergo da
re hunc intellectum qui non est comp̄ehensio formarum entium:
sicut in se in gradu ⁊ ordine. vnde postquaꝫ ista duo sunt falsa: se
quitur q̄ id quod seipsum intelligit: sicut omnia entia: sed in no-
biliori esse c̄ illud quod habent in seipsis. Sed quomodo vnum
⁊ idem ens gradus habeat diuersos in suo esse manifeste appa-
ret ab anima. Color enim gradus habet in suo esse adinuicem dif
ferentes in nobilitate. Viliori enim suis gradibus est ille quem ha
bet in materia. deinde habet nobiliorem eo scilicet in visu: quare
ex visu comp̄ehenditur: ⁊ in materia minime. ¶ Propterea de-
claratū est in naturalibus quomodo color habet aliud esse in vir
tute phantasie qui est nobilior ⁊ simplicior esse c̄ in visu hz. dein-
habet rationem obiecti a quo intellectus potest moueri pati ⁊ perfici. ergo intellectus noster potest intelligere ommem actum ab eo prouenientē.(Et cum propositionibus.) Cum verificauit propositionem illam: hoc in loco ostendit quomodo per illam transit. Alga. arguere in dei scientia. ⁊ primo proponit hoc dicēs. ⁊ cuz propositionibus sumptis in hoc genere: scilicet ex rebus posterioribus obiecit ei: scilicet Auicen. Alga. ⁊ propter vnam questionem ex cuius solu. eligit vnam vim argumenti contra illum. questio est hec: si est vnum agens intelligens a quo consequitur vnus actus: post quē sint plures actus consequentes an si intelliget primuz intelligere debet omnes actus consequentes vsq; ad vltimum. ¶ Et respondet quod non oportet semper: ⁊ dat rationem: ⁊ inquit. eo quod quicunq; hominum intelligat actum: scilicet primum ⁊ eundem actum sequitur alius actus. videlicet. secundus: illumq; tertius: tertiumq; quartus non sequitur ex hoc: id est quia primum intelligat agens intelligens sciat consequentia: id est actus consequentes primi actus: id est qui consequuntur illum primum: ⁊ tunc apponit quando est possibile. et inquit. et respondens sibi Alga. dicit quod hoc: id est ista intellectio consequentium actuum reperitur in intelligente propria voluntate: id est qui intelligit per voluntatem. in alio vero non: id est in intelligente sine voluntate propria non oportet. (Dixit tamen hoc.) Cuz Alga. solut questionem colligit Auer. ex solu. questionis vim argumenti contra Auic. ⁊ inquit. dixit tamen hoc ipse Alga. quia id in quo magis apodiatur in attribuendo scientiam deo est: quia affirmat deum habere voluntatem: potest ergo componi syllogismus hoc modo. omne agens intelligens primum actum per voluntatem intelligit omnes effectus et actus qui consequuntur illum. vt ex solu. questionis patet: sed deus est agens per voluntatem intelligens primum actum: id est primam intelligentiam: vt Auicen. concedit. ergo intelligit omnes effectus post illam: ⁊ illi effectus sunt omnes intelligentie. ⁊ omnes res. et inquit. quapropter dixit quod hoc argumentum est ita vehemens quod nullam habet responsionem quā vitetur. videlicet. quod non sequatur quod primus intellectus intelligat preter eum: id est essentiam propriam omnes actus consequentes ab eo principaliter quod sunt secunda causa et primum causatum et alia multa. quasi dicat. quod hoc argumentum est demōstratiuum in proposito. ¶ Sed dubitatio ambiget quispiam. an sit aliquod intelligens actum primum sine voluntate: et videtur quod non: quoniam omne intelligens est homo vel aliqua substantiarum abstractarum: sed omnis homo et omnis substantia separata intelligit per voluntatem propriam: vt Algazel inquit. ergo in primo prime. omne intelligens intelligit voluntate propria. ¶ Oppositum Alga. in solu. questionis proposite: inquit. ait enim esse intelligens duplicis generis: vnum voluntate: aliud non voluntate: et verificat sermonem eius primo modo: et non secundo modo. ergo res est loco ambiguo. ¶ Et ad hoc dicendum. quod si in opinione sumus Algaze. et Auicen. ratio prima concludit: quoniam omnino oportet intelligigens omne esse voluntate propria intelligens: ⁊ tunc quod dicit in oppositum nihil est: quoniaz ipse forte loquitur secundum aliorum partem: vel per intelligens intelligit cognoscens: hoc enim modo potest sermo eius verificari: est enim cognoscens duobus modis: voluntate propria: id est contingenti: vt homo et deus: et sine voluntate vt animalium cognoscentia: et secundum hoc ratio proposita in hunc modum debet componi: omne cognoscens voluntate primum actum cognoscit omnes actus consequentes illum. sed deus cognoscit voluntate primum actum propriu: ergo omnes reliquos. Si autem lo-

UVA. BHSC. IyR_120_2

quatur ſm peripatheticos:aīr opz dicere:ꝛ ego dixi in diſputatiõe prima. in ſolu.ſecũdi dubij:ꝛ alibi:ꝛ nõ eſt locus nunc replicãdi.(Si īr.)Perſoluit ꝛ aliud argumentũ Alga.ꝛ primo proponit illud:ꝛ inquit.ſiīr ad ea q̃ narrauit noie Auic.vz.q̃ ſi ipſe deus intelligeret ſeipſum ꝛ non aliud:eſſet hõ tunc nobilior eo.Dicimus q̃ ſunt verba probabilia:ꝛ hoc oſtẽdit:ꝛ inquit, ſi enim imaginaremur duos hoies:quoꝝ vnus nõ intelligeret niſi ſeipſum: alius vero intelligat ſe ꝛ alia:dicimus q̃ intellectus iudicabit q̃ ille qui intelligit ſe ꝛ alia eſt nobilior illo:qui tm̃ ſeipſum intelligit.vult itaq̃ tenere in eis q̃ ſunt eiuſdẽ generis:qõ declarat.d.ſed tenẽdo q̃ intellectus humanus ꝛ diuinus tm̃ equiuoce cõmunicẽt:tunc dicta trãſlatio eſt incõpetens: eo qꝛ ſunt diſſimilia:qũo aũt intelligere alia ſit perfectionis hominis:ꝛ nõ ſequitur q̃ ſit dei pfectio:verificaui in ſolu.qõnis querentis an intelligere alia ſit perfectio ſimplr:an ſm quid:ꝛ ideo non decet hoc in loco illam repetere.(Et qꝛ ipſe nomine.)Inducit vnam aliam queſtionẽ quã peripathetici non poſſunt ſoluere:ꝛ inquit.ꝛ quia ipſe nomine Auic.allegauit vnam propoſitionem ab eodem conceſſam in quolibet intelligente.vz.q̃ qui plura ſcit nobilior eſt:tunc addatur litere hec minor:ſed deus non plura ſcit. ergo in ſecunda figura non eſt nobilior.minorem probat.ꝛ põt ratio cõponi in hunc modũ.omne agẽs intelligens ſuum effectũ volũtate agit:ſed primus motor voluntate agit.ergo non intelligit ſuum effectum:huius primo accepit minorẽ.d.ꝛ opz eos remouere a dicto deo voluntatẽ ꝛ nouitatem.i. voluntatem contingentem:ꝛ tunc ponit minorẽ ſyllogiſmi principalis.d. quare nequeunt aſſerere q̃ prima cauſa ſciat aliud: niſi ſeipſa.eſt ergo minor hec:ſed deus non plura ſcit:ꝛ hec minor eſt cõcluſio ꝓſyllogiſmi:tũc apponit minorem ꝓſyllogiſmi:ꝛ inquit.agens enim intelligẽs ſuum effectum ſcit aliud ab eo:prout vult.eſt ergo maior:omne agens intelligẽs ſuũ effectumvoluntate agit:ꝛ ſic apparet locus queſtionis.(Hanc inducit ſol. Alga.ꝛ inquit.dixit q̃ hoc inconueniens ſequitur philoſophos tantum:et exponit quod dixit.ꝛ inquit.intendit dicere in hoc eſſe hominem cauſatum nobiliorem creatore qui eſt ipſius cauſa:ꝛ hoc oſtendit.d.ꝛ q̃ hoc ſequitur ipſos philoſophos remouentes mundi nouitatem:propter quod remouẽt ab eodem deo voluntatem:ꝛ tunc remota volũtate oportet q̃ ignoret id qõ ab ea procedit:ecce quomodo hoc ſequitur peripatheticos ꝛ nõ theologos.

Nota. (Debes ſcire q̃ qui ponit mundum eternum dicit deum agere neceſſario: vt in ſecũda ꝛ tertia diſputatione viſum eſt.ꝛ qui aufert contingentiam ab agente aufert voluntatem ſm theologos ſaracenos:et ideo ſequit̃ q̃ deus egit ſine voluntate mundum.(Sed nos.)Ad hoc remittit ſe ꝛ ſoluit:ꝛ ſermo eius manifeſtus eſt per ſe.ꝛ ex eis que dicta ſunt.(Preterea ſciẽdum quod poſtq̃.)Hic oſtendit ordinem dictorum ab Alga.ꝛ inquit.preterea ſciendũ q̃ poſtq̃ ipſe allegauit nomine Auic.cum propoſitionibus apparentib⁹.i. ſumptis ex ſenſibilibus eſſe communes duabus ſcientijs noue ꝛ antique.ſ. poſſe intelligere extra ſe.vult dicere.poſtq̃ arguit nomine auicẽ.q̃ ſcientie noue.ſ.hominis:ꝛ antique.ſ.dei:eſt commune ſcire ſez alia:cepit allegare.i. arguere contra eum in eo quod dicunt philoſophi in hoc tractatu. vz.de differentia iſtarum duarum ſcientiarum.ſ.inter deum ꝛ hominem:ꝛ incipit capitulum a quo incepit.d.quare vobis cauetis ꝛc.vſq̃ ad finem illius qõ ſumpſimus.ſ.in dubio propoſito.ecce quomodo auer. non totum dubium recitauit:ꝛ tamen contradixit eis:et ſic patet illud quod a principio dixi. (Et ſententia.)Apponit ſententiam illorum que dixit in dubio que dimiſit. ꝛ inquit.et ſententia illorum verborum hec eſt: ſi omnes he.i.particulares comprehenſiones defectus in homine fuerint:ergo debent a deo benedicto

UVA. BHSC. IyR_120_2

auferri. Inducit responsionem eius: & inquit. & dicit auicē. q ipse in hoc cōuenit cum aliis philosophis. vz. q deum non comprehendere particularia non est defectus in eo. immo esset defectus in eo si ea comprehenderet. Similiter non comprehendere alia preter seipsum non est in eo defectus. et sic patet solū argumentū ab auicen. (Et nos dicimus.) hoc in loco auer. aliter respondet & proponit responsionem. & inquit. et nos dicimus q euasio horum dubiorum est. q diuina scientia non diuidit verum a falso in oppositis. s. contradictoriis: sicut reperitur in humana scientia: vult dicere qō de scientia dei non verificatur alterum contradictorium determinate. vz. aut scit alia: aut non scit alia: sicut reperitur in humana scientia: quoniam determinate: aut homo scit alia: aut non: de necessitate alterum istorum verificatur de hominis scientia: & de ista duo sunt contradictoria: quorum alterū omnino de scientia hominis verificatur: vnde verificata vna ipsarū de homine necessario altera est falsa: sed in deo benedicto ambo verificantur: tamen duobus respectibus: & hoc declarat. d. vz. quia ignorat ea modo inferēte defectum: & scit ea modo non inferente defectum: vult dicere q deus scit particularia prout non imperficitur ab eis: & ignorat illa prout imperficit ab illis. similiter dicimus de vniuersalibus & particularib⁹: q ipse deus scit ea. & q ignorat ea modo iam dicto. Tunc ordinat se ad sequentem dispositionē: & dicit. dicimus deniq; q ab hoc. i. perscrutatione de scientia dei possumus quiescere. vz. a litibus & rixis alga. cum philosophis non tantū in hac disputatione: sed in sequenti: nihilominus ducemus sequentem disputationem vt ne putent sequaces ipsius nos stupefactos esse suis sophisticationibus sophisticalibusq; argumentis.

Tertiaqō

Solo:

Impugnatio.

Posset & in hoc loco dubitatio ardua emergit: an deus particularia ignorat. Sed quia auer. in disputatione. 12. hanc pertractabit: hoc in loco transeo. ¶ Ideo volo mouere questionē: an illa duo contradictoria in deo verificentur: & quomodo verbum auer. intelligatur. ¶ Et videtur q illud quod auer. inquit falsum est. s. q de deo possunt contradictoria verificari: quoniam arist. posterio. primo. inquit. contradictio est oppositio. cuius non est dare medium ſm se. ergo scire particularia & non scire particularia nullum habent medium. Adhuc autem sunt homines multi qui diffinitionem contradictionis sic intelligunt. s. q contradictio est oppositio: cui⁹ nō est medium dare ſm se. i. ſm extrema absolute accepta. V. g. accipiendo album & non album absolute non habent medium: omne enim ens album vel non album: accipiendo autem album per se vel non albū per se medium reperitur: quoniam non omne ens album per se: nec non album per se: extrema ergo illa vno modo non habent medium: alio modo habēt: habent quidem prout absolute accepisti: carent vero medio: prout respect⁹ & notas adiunxisti perfectatis. ¶ Ex hoc potest & solu. questionis patere: cū enim queritur an inter scire particularia & ignorare illa sit medium absolute non datur medium: deus enim particularia scit: attamen si extrema illa assumātur cum notis & respectibus: potest & deus medium esse: scire enim particularia eo modo quo sciens imperficiunt: & ignorare vel non scire eo modo quo perficiunt habent et medium. vz. deum. deus enim non scit particularia eo modo quo ipsum imperficiunt: sed eo modo quo non perficiunt cum scit. Sed quomodocunq; in homine sive scire singularia: sive nō scire capiantur absolute: sive cum notis perfectatis vel respectibus nunq̄ est inuenire medium semper: homo enim scit singularia quomodocunq; vel ignorat. ¶ Sed hec solu. optima est & tota bona: peccat tamen in diffi-

UVA. BHSC. IyR_120_2

nitione oppositi onis:ꝛ quasi vir nullus antiquoꝝ expositorum sic exposuit:nisi quidã latini qui fere totum librum posteriorum conturbant. Joã. autẽ philoponus posteriorum primo aliter cõmentatus est diffinitionem contradictionis:vbi debes scire:in vnaquaq; specie oppositionis posse dari medium aliquo modo. V.g. calidum ꝛ frigidum: vt contraria mediũ habent.iterũ pater ꝛ filius:vt relatiua medium habent subiecti: vt opposita relatiua:similiter cecum ꝛ videns medium habent lapidem: vnaquaq; ergo species oppositionis vt talis est medium habet semper se:ꝛ ꝑm q talis species. attamen si considerentur oppositionis omnes species:vt in eis saluatur contradictio:vnaquaq; enim species oppositionis ad contradictionem reducitur:vt aristo. docet in predicamentis:frigidum enim et calidum possunt ꝛ in frigidum ꝛ non frigidum reduci. calidum enim non frigidum dico:ergo genus omnium oppositionum esse oppositionem differentiã:qm̃ he quidem medium ꝑm se:vt relatiua contraria:ꝓpriuatiua p accidens medio carent:ꝓout ad contradictionis reducuntur oppositionẽ:hec autẽ medio carent per se:ꝛ sunt alijs cause carentie mediũ vt contradictio:ergo vt differentiam quam differt ꝓtradictio ab alijs speciebus: adiunxit aristo. in posterioribus.(ꝑm se.) inquit enim. Contradictio est oppositio cuius non est dare medium ꝑm se:ad differẽtiam aliarum specierum in quibus est medij carentia ꝓout reducuntur ad contradictoria, reliquum autem responsionis eorum esse potest totum bonum.

Undecima disputatio Alga. cum philosophis in qua ostendit debilitatem ipsorum in asserendo q; ipse deus scit seipsum.

Quomodo probatur.

Ait Alga. ꝑm opinionem veroꝝ ꝓhoꝝ qui nouitatem concedunt mundi propria voluntate patefit propositum: quia ex voluntate ꝛ scientia iudicat vita:ꝛ quodlibet viuens seipsum sentit: deus est viuens:ergo cognoscens seipsum. vnde dicimus q; hec ratio est valde acerrima:sed vos q̃ remouetis ab eo voluntatem ꝛ mundi innouationem totaliter negatis:ꝛ opinamini q; id quod procedit ab eo:procedit de necessitate vel a natura:ꝛ q; primo causatur ab eo primum totum:deinde alia causata successiue ꝛ gradatim donec perueniant ad vltimum entium:ꝛ sic ipse non seipsum sentit:sicut ignis a quo caliditas procedit:vel sol a quo lux procedit:ꝛ nullus istorum seipsum nouit:sicut nullum extrinsecoꝝ ab eo nouit: ergo deus apud nos summus ignorans est:ꝛ nos tam declarauimus nomine ipsorum q; ipse ignorat alia. Unde posq; ignorat alia non est cauendum q; ignoret seipsum. Et si aliquis diceret q; licet ipse ignoret entia seipsum saltim scit. Qui enim seipsum ignorat mortuus potest

UVA. BHSC. IyR_120_2

reputari. ergo ipse deus esset sine dubio mortuus. Nos vero ad hoc respondentes dicimus eis q̄ hoc similiter sequeretur opinantes q̄ deus ignorat alia: ꝛ scit seipsum. nulla enim differentia est intra hoc ꝛ dictum dicentis. q̄ illud quod non agit cum voluntate: nec audit: nec videt: est mortuum. ¶Et si forte diceret q̄ omne separatum a materia est intellectus per se existens ꝛ intelligens seipsum. Dicimus q̄ declaratum est q̄ hec pura euasio est: quia non pōt demonstrative probari. ¶Et si forte diceret q̄ huiusmodi demonstratio est: quia ens dicitur ad viuens ꝛ ad mortuum: et viuens nobilius est mortuo: sed primum nobilius est cunctis entibus. ergo viuum est ꝛc. dicimus q̄ omnes iste sunt euasiones. Nos enim possumus eis dicere. quare est impossibile: q̄ ab eo qđ ignorat seipsum succedant entia seipsa sentientia cum pluribus mediis: vel sine mediis. ¶Et si forte diceretis q̄ impossibilitas provenit ab eo: quia sequeretur q̄ causatum esset nobilius causa. Dicimus q̄ potestis hoc asserere ꝑm apparentiam: non tamen q̄ possit demonstrative probari ꝛc.

¶Sicut Auer. inquit. hec disputatio videtur quodammodo superflua: quoniam sufficienter tractata est. attamen vt ne auer. videretur fugere argumenta Alga. ideo aggressus est eam: et per consequens que sit intentio huius manifestum est. Primo ergo Alga. concedit quod deus intelligit et cognoscit se: ꝛ syllogizatur hoc modo: omne viuens cognoscit se: sed deus viuit. ergo deus cognoscit se. maior probatur. quoniam deus scit ꝛ vult: ꝛ omne sciens et volens est viuens: ergo in prima figura deus viuit. huius primo tangit prosyllogismum dicens. Ait alga. secundum opinionem verorum philosophorum qui nouitatem concedunt mundi propria voluntate dei patefit propositum: ꝛ accepit vim maioris prosyllogismi: ꝛ inquit: quia ex voluntate et scientia iudicatur vita: reliquum prosyllogismi dimittit: tunc accepit maiorem prosyllogismum: ꝛ inquit. ꝛ quodlibet viuens seipsum sentit: adest intelligit: deus est viuens: hec est minor: ergo cognoscens seipsum: et apponit efficaciam communis: ꝛ inquit: vnde dicimus quod hec ratio est valde acerrima. Sed hic est ambiguitas: quoniam primo probat deum viuere propter intelligere: secundo probat ipsum intelligere propter viuere: ergo ipse committit circulum quem aristo. destruit primo posteriorum. dubitatio

¶Dicendum quod intelligere ꝛ velle sunt velut cause vite: vita velut effectus: sicut enim motus est causa vite: ita ꝛ intelligere ꝛ velle cause sunt vite perfectissime: vt auer. inquit. 12. metaphy. commen. 3 ⁊. et 39. potest itaq; dici. quod primus processus concludens deum viuere ex eo: quia intelligit et vult: est processus propter quid: et dicitur demonstratio cause. secundus processus est processus quia: quia procedit a posteriori ad causam priorem: quia enim viuit concludit ipsum intelligere et velle: ergo demonstratio hec erit signi. ¶Ad questionem dicendum ipsum non erasse: cum non in eodem genere demonstrationis illud fecerit. ¶Sed hic adhuc emergit ardua dubitatio: an. s. possit fieri iste regressus seu circulus ab effectu ad causam: ꝛ post ab illa ad effectum. ¶Similiter ꝛ adhuc ambiges. cum enim ordo nature sit contrarius modo procedendi nostro: vt auer. inquit primo physi. commen. 3. natura incipit a causa: ergo nos debemus incipere ab effe Solutio. Questio.

UVA. BHSC. IyR_120_2

ctu:modo Alga.videtur totū oppositū fecisse: incipit enim a causa ꝛ procef
sit ad effectū:ꝛ post videtur ab effectu regredi ad causam:ꝛ he ambiguita-
tes sunt non parue:ꝛ cum in cōmento nreo libri posteriorū multum plōga
positio an liquoꝝ. uerim sermonem in his:visum est mihi modo abbreuiare opinionem peri-
patheticorum in his:primo ergo dicam ad primam:post ad secūdā secun
dum posse meū. ¶Quantū ad primā igitur partez dixerunt multi antiquo
rū:q non fit illa circulatio vel regressus demonstratiue:qñ est per effectum
causam:tu inueniſti sine dubio demonstrari:eo qz ex notiori ꝛ priori tibi p
cessisti:cum ex cā inuēta ad effectum redis ꝓpter quid ipsius effectus con-
cludens non demonstrabis:cum ex ignotiori ꝓcedis ad notius:ꝛ sic isti p-
cessum qz demōstrationum affirmāt esse ꝓcessum:ꝓpter quid cōcedunt non
demonstrationū esse:sed dialecticū seu topicū:eo qz non ex notiori est ad la-
tentius. Et huius exemplum est:si enim ꝓgredieris iste homo currit:illo ho
mo currit:ꝛ ille ꝛ sic de singulis:ergo omnis homo currit:illatio est neces-
saria:ꝛ omnino concludit ꝛ necessario:oppositum enim consequentis sta-
re cum antecedente est impossibile:attamen topicus processus est:eo quia
non probatiuus sm naturam:qñ antecedēs vel est ignotius consequente:
vel eque notum:potest tamen esse notius tibi vel illi:ꝛ ideo dialecticus vel
topicus dicitur:eo quia non ex notiori procedit simpliciter:sed huic vel il
li qui dat antecedens. sic in proposito:ꝛ si processus ꝓpter quid sit neces
sarius illationis necessarie:tñ dialecticus dicitur:eo qz non ex notiori sim
pliciter:sed huic vel illi procedit:in naturalibus ergo sm hos manifestū est
quomodo fiat circulus:ꝛ quomodo non. Monit autem hos:quoniam effe-
ctus demonstrat cām esse:ergo est notior ea:sit igitur eius notitia:vt octo.
notitia:vero cause inuente vt quatuor. Si igitur ad effectum eundem redi
bis ab ignotiori ꝛ latentiori:quia a noto tibi:vt quatuor ad notius ꝛ cer-
tius:quia ad effectum notum vt octo procedes:ergo secundus ꝓcessus nō
potest demonstratiuus dici:cū demonstratio sit ex notioribus:vt in poste.
satis dixit Aristo. aliaq argumēta p eis:quia nullius sunt valoris:et ea
prolixe adduxi in posterioribus:transeo. Hanc opinionē Jo.iandonus
in questionibus primi de anima conabatur destruere:ꝛ arguit in hunc mo
pō Joan, dum:qñ accidētia ꝓpria sunt principia cognoscēdi substātias ꝛ ecōtra:pri
mo:qz eadē sunt principia essendi ꝛ cognoscēdi:mō cā est principiū essen-
di effectus:ergo ꝛ cognoscēdi:maior est arist.ꝛ auer.4.com.secundi meta.
Impu- ¶Preterea.substantia est prior natura cognitione ꝛ tpe accīte:ergo accīs
gnatio ꝫ demonstrās substantiam pōt ꝛ ab ea demonstrari:maior est aristo.ꝛ auer.7.
rōnes Jo. meta commen.4.sed rationes Joannis contra hos nihil concludunt.pri-
ma quidem non:qñ causa est principiū essendi ꝛ veritatis sm naturam:vt
ꝛ ipsemet dicit alibi:ꝛ sic non quo ad nos.scba vero minime:qñ substantia
est prior cognitione:ꝛ tpe:ꝛ natura.cognitione.s.sm naturam.tpe vero.i.se
parabilitate:natura.i.perfectione:ꝛ licet ponatur in eius diffinitione:non
quidē ponitur vt notius nobis:sed vt quietans:vnum enim correlatiorū
ponitur ꝛ in diffinitione alterius:ꝛ non vt notius:pōt ergo ꝛ aliter opinio
illa remoneri:tum ex verbis ꝓbantium:tum ratione:verbis quidem:qñ pri-
mo posteriorū inquit:sed quia differt ꝛ propter quid scire primum quidem
ꝛ in eadē scientia. Et postq ꝓbauit hoc exemplis multis inquit:alio autez
modo differt pp quid ab ipso qz.qs est per aliā scientiam vtrumq speculari:vbi auer.inquit cap.3.ꝛ postq est demonstratio que facit adipisci inuen-
tionem rei tam post aliam que facit adipisci causam inventionis ipsius.
ꝫamq inueniuntur hi duo modi:aut in arte vna:aut in duabus artibus.
¶Preterea.ꝛ Themi.ait ibidem.cap.23.sane fieri potest vt eadem scientia

modo

UVA. BHSC. IyR_120_2

modo ipsum quãobrem tractet: modo ipsum vt fit explicet: aliquando ẽ vt diuersa scientia fit que quamobrem condocet ab ea: que vt sit demonstrat. ¶Preterea. Arist. 2. poste. cap. 16. mouet questionez in principio capituli: ꝛ inquit. de causa aũt: ꝛ cuius est causa: dubitabit aliquis. nunqd cum catum est: causa est ꝛc. post soluens questionem inquit. si igitur quidẽ per causam est demonstratio propter quid est: si vero non per causam: ipsi⁹ qꝫ. qm̃ in medio est cognouit ꝓpter qd autem non: vbi Auerr. com. 25. inquit. in solutione illius qõnis: sed cũ ostẽdimus causatum per cãm est id demõstratio dans cãm ꝛ inuentionẽ: ꝛ cum ostendimus cãm per causatũ: est id demonstratio dans inuentionem tantũ: ꝛ ponit exẽplũ: vide. ¶Preterea. ꝛ ibidem diuus Themistius cap. 3. inquit. nullum aũt incõmodũ suscipitur si causa talis cum sua conclusione rector queri dicatur: nec cm̃ eadez ratio vtrincz ꝓreciprocãdi, est: sed cum ab euentis ad cãm subitur: syllꝰ tantũ vocatur: cum econtrario est: absoluta demonstratio. Dicitur forte: qꝛ syllogismum tantum demonstrationem intendit quia: que pro tanto syllꝰ tantũ dicitur: qꝛ nõ ex vero medio procedit: vt ipse ait primo posteriorꝫ. cõ. 46. quare ꝛ ex his regressum dare manifestum est aptissime. ¶Preterea. Lincolniensis grossa testa ibidem manifeste idem dicit: ꝛ magnus Alber. tractatu de venatione diffinitionis. cõ. 7. ꝛ concors est einsdẽ. ¶Adhuc auer. 2. meta. commen. 16. inquit. certitudo enim diuersatur in eadem scia. V. g. ꝑm demonstrationem simplr: ꝛ ꝑm demonstrationem quia: ꝛ cum diuersẽt in eadem scientia magis diuersatur in scientijs diuersis ꝑm genus. ¶Rursus. 6. phys. com. 15. inquit: cum ꝓius declarauit qꝫ si magnitudo fuerit diuisibilis in infinitum qꝫ velocius ꝛ tardius inueniunt in infinitum: valt declarare ecõuerso: ꝛ post quibusdã interpositis inquit: ꝛ signa demonstratiua sunt illa que cõuertunt cũ suis cãis. s. qꝫ cũ ponat cã sequit signũ ꝛ ecõuerso: ꝛ ideo incepit ꝑmo declarare cõsecutionẽ signi ex cã: deinde cõsecutionẽ cãe ex signo: ecce ꝙ plane auer. id dicit. ẽt in. 3. phy. cõ. 5. inquit ecõtrario ꝓme vie. In prima. n. ꝓbauimus ex motu eterno motorẽ eẽ qui nõ mouetur: hic aũt ꝓbabimus qꝫ motus eternus est: ex hoc qꝫ motor qui non mouetur est. Idem apponit ibidem commen. 53. ꝛ. 65. ꝛ adhuc possem tibi enumerare loca fere innumerabilia: vbi Aristo. et Auer. circulum committunt in diuersis generibus demonstrationum: et ideo nolo plus in hoc insistere: ratione vero ꝛ hoc monstrari potest: quoniam scientie diuersant hz diuersitatem medioꝝ: vt Arist. in. 2. posteriorum. demonstratiqꝫ igit effectus est medium in demonstrando causam: ꝛ cã mediũ in demonstrando effectum: ergo notitia que relinquitur ex processu cuius mediũ est effectus differt specie a notitia que relinquitur ex processu: cuius medium est ꝛ ipa causa: notitia ergo que in effectu relinquitur ex causa altera est a notitia effectus que per sensum habebatur: ergo in scõ processu: causa est notior nobis ꝙ effectus notitia relicta tertio loco: ꝛ hoc ratio est demonstratiua. si perfecte addatur vt dicam: vt ergo perfecte intelligas debes scire primo: quod licet causa medium ꝛ diffinitio idem sint in subiecto: differũt tñ i modo. aliqua enim causa habet rõnẽ cause: non tñ rõnẽ mediꝝ nec diffinitiõis: omne autem gõ rõnem hz mediꝝ: ꝛ rõnẽ habet cause. ¶Scõ debes scire qꝫ aliter est in qõne simplici: aliter in questione cõposita: voco aũt qõnẽ simplicem: vt an ignis sit vel fumus sit: dico vero questionem cõpositam in ꝙ est questium de cõcesso: vt si luna deficit ꝓpter quid deficit luna: dico ergo qꝫ in qõne cõposita mediũ hz rõnem cause: ꝛ hz rõnem mediꝝ: alio tñ ꝓcessu acqrit mediũ sub rõne cause: ꝛ alio sub rõne mediꝝ: per processuz em̃ quia: in questione composita acquirit solũ mediũ sub rõne. V. g. luna def

UVA. BHSC. IyR_120_2

cit:ergo obiectum est aliquid inter solē ⁊ lunā:hoc enim pcessu quia.acq̄ siuisti medium in eo q̄ causa illius effectus:⁊ hic est primus pcessus quia: quo.s.acquiritur causa in eo q̄ causa:quo facto non statim redibis ad ef fectum demonstrādū per hāc:qm causa inuenta per effectū nondū hz rō nē medij:opz enim ad hoc vt habeat rōnem medij:vt scit tibi notius effectu quo inuentum est sub ratione cause:ergo tunc intellectus negociat circa causam inuentam inueniendo illam sub ratione medij:est autē negociatio hec resolutio que fit compositione ⁊ diuisione hoc modo: obiectum istud quod inuentum est esse causam huius:luna deficit est ens.ergo vel sba vel accidens:⁊ non accidens.ergo sba.vl igit corporea vel incorpea :nō incor rea:relinquitur corpus vel animatum vel in animatuz.non animatū ergo inanimatum: vel eternum:vel generabile:non gnabile:ergo eternū vl dia phanum vel opacum:non diaphanum:ergo opacum.obiectum ergo illud est corpus eternum opacum:sed illud est sola terra:ergo obiectum illud ē terreum:qua negociatione completa acquisiuisti causam:tunc sub ratio ne cause:⁊ sub ratione medij:cause quidem:quoniā per effectū in eo q̄ ef fectus:medij vero qz per negationem adeo innotuit q̄ notius factū est esse ctu qui erat medium ad ipsum inquantū causa:⁊ eo cōpleto potest syllo demonstratiuus ppter quid componi:⁊ erit scōs pcessus.non autē semper causa habet rōnem medij:qm intellectus causa est veritatis principiorū: quemadmodū propositiones conclusionis:vt Themi.inquit prio poster. c.7.⁊ auer.ibidem.⁊ tñ non pōt esse medium demonstrandi principia pri ma:⁊ hoc ⁊ auer.inquit.primo de aia.commen.2. Sitr in q̄stione simplici medium hz rōnē cause tantum:vtisi fumus est:ergo ignis:tūc em demon stratio ē signi:⁊ ea inuenitur causa in eo:non tñ pōt fieri regressus:cū tūc non habeat rationem medij:cum non habeat rationem diffōnis:ptz ergo qualiter in q̄stione cōposita concedendum est regressum demonstratiuuz mediante negociatione tibi exposita.in qōne aūt simplici non:immo si re dibimus processus erit topicus forte.Quod autē hec sit intentio auerr.pz 2.meta.com.11.⁊ tu lege verba eius ibidem:qūo quidē igit cōtingat regre di:⁊ quomodo non:manifestū.regredi enim in questione compositā:pmo tamen negociatione facta contingit:in questione vero simplici non facta negociatione:cum ibi medij tantum cause rōnem habeat.¶Ad obiectuz aliorum soluitur hoc modo:vel q̄ reditus est ad effectum:non fm eandem speciem notitie:vt alber.ait in posteriozibus:vel reditus fit facta negocia tione.tunc enim notitia cause adeo per resolutionem illam intendit:quod potest esse.causa ⁊ medium ad effectum illum:nec est remotum alia via q̄ a demonstratione aliquid notificari ⁊ certius reddi.sicut docuit aristote. in posteriozibus.⁊ sic patet:quomodo fit circulus⁊ qūo non:⁊ per ꝑns sol. ad primam.¶Superest modo questionem scōz solvere:⁊ prio oportet vi dere qualiter triplex est genus demonstrationis simpliciter.s.ppter q̄d et signi tantum:⁊ q̄d sit vna quecz ipsarum oportet declarare.Circa qō opio est Ammonij in primo de aia:q̄ duplex est tantuz genus demonstratiōis. scz propter quid:⁊ signi seu consecturalis.explanabimus autē post quid sit vnaquecz harum:huius ratio esse pōt:qm demfatio non differt a demon stratione nisi ratione medij:augent enim demonstrationes pp media: vt Aristo.inquit in poste.sed medium demonstratum nō pōt esse nisi duplex. s.effectus vel cā.ergo demfationis spēs non nisi duplex erit.Adhuc Arist. prio poste.vbi oē genus demonstrationis enumerat cap.(Sz differt quia et propter quid.)7.2.poste.c.16.non ponit nisi duas spēs demonstratiōis. q̄ per ꝑns vel ipse est diminutus:vl fecit alū libz poste.vbi posuit.¶Rur

UVA. BHSC. IyR_120_2

ſus.ſi demſtatio ſimplr differt a demſtatione pp qd:vel illud erit a medio: vel pp 2cl'onē:nō pp 2cl'onē.qm vna ſpēs 2cl'onis ē i vtraq; nec penes me diū.qm vtriq; mediū ē cā.ergo non dſnt. ¶In oppoſitū eſt auer.i phemio phy.t ibidē cō.x.t ibidē cō.vl.t.2.phy.cō.22.t.16.t ind ucere cō.ad hoc ē ſuperfluū.vt ergo ſol'huj⁹ gōnis videat:oz videre qd ſit demſtatio ſigni. ſcōo qd ſit ōmōſtratio ,pter quid.t tertio que demſtatio ſimplr.Demōſtratio ſigni:vt auer.inquit prio phy.cō.2.eſt hoc mō:ſi cōtingit vt nota apō nos nō ſunt nota apud naturā q̄ ſunt prioza in ē:ſed poſterioza:tūc demō ſtrationes date in hac ſcientia erunt de numero ſignoz:um:eſt ergo demon ſtratio ſigni demonſtratio cuj⁹ mediū ē poſterj⁹ nā t notius nobis. Dicit ḡz hec ſpēs demonſtratiōis ſignū demonſtratio qz:t demonſtratio eē tm: dſ quidē demonſtratio qz reſpectu cōcluſionis cōpoſite.ſi.n.demonſtrat̄ p pter folia cadere hūidū reſolui demſtatio erit ipſius qz.i.ſitatis ,ppoſitio nis:t hoc inquit Themi.ſcōo poſte.cap.30.d.ita demōſtratio putāda nō ē q̄ nullo modo:aut ex eā aut ex aliquo qō cogitatione prius ſic ducatur:nā lunam deſicere non eſt cauſa cur terra ſe mediam oggerat:ſz pōt eē conclu ſionis:vtiq; rei non poteſt:ergo vult q̄ ideo dicatur demſtatio qz. qm̄ me dium concludit concluſionem verā eē:t hoc appellat qz Ariſto.prīmo po ſte.ibi.(Duplr aūt ē p̄cognoſcere.) Dſ demſtatio eē tm̄ in qōne ſimplici vbi ab effectu ad cauſam terminatur qō ſi eſt hoc mō.fum⁹ ē.ergo ignis.ḧ ignē eſſe conducitur:ideo demſtatio eſſe pōt t dz dici. Dſ tertio demſtatio ſigni : quoniam effectus eſt mediū t effectus ſignum eſt cāe.ppterea demōſtratio ſigni ſeu ſignū dicitur.hāc aūt Ammoni⁹ in prio de aīa ſubdiuidit.t vult q̄ ſit duplex.vna eſt que conieturalis dſ:vt illa in q̄ medio poſito nō ſeq̄t neceſſario:t omnino cauſa:vt languida eſt:qm̄ peperit:non em̄ oīno lan guorem ſequitur peperiſſe.ſcōa ſpēs oz ſufficientia ſeu fides ab auer .prio te.22.t Ammonius inquit.q̄ huius demſtatio dſ illa:ad cuj⁹ mediū ſequi tur oīno cōcluſio:vt fumus eſt hic.ergo t ignis.t ſphericam eē lunā ,ppter hunc modū circuaſr illuminari.vt Ariſto.demſtat in lib.celi.t forte hoc in quit auer.6.phyſi.cō.15.qm̄ inquit q̄ ſigna demonſtratiua ſunt illa q̄ con uertuntur cum ſuis cauſis.ſ.q̄ cum ponitur cauſa ſequit ſignū.t ecōuerſo. Et forte de demōſtratiōe qz.prio loquit Tho.2.poſte.ca.predicto.qm̄ di cit:p̄ceſſus ab euētu ad cām eſt ſyllis tm̄.intelligit em̄ per euēta ſigna fal libilia. ¶Sed dices demonſtratio per cām.remotā dſ.qz vt Ariſt.inq̄t prī mo poſte.ca.Sed dſ qz.t tm̄ nō eſt ſufficiētia nec cōtectura.ergo tertia ſpe cies. ¶Dicendū q̄ pōt eē ſufficiētia ſeu fides:t ſic ſufficit.qd ergo ſit demō ſtratio ſigni:t quot modis dicat̄:t quot ſunt ei⁹ ſpecies manifeſtū.

demſtatio ſigni.

Dubita.

Solo.

Super eſt modo definire demonſtrationem ꝓpter quid.inquit Auer.2.celi.commen.35.ſi latentiusfue rit cauſa rei quam ſuum eſſe:erit demonſtratio ꝓpter quid tantū:eſt ergo demonſtratio ppter qd demſtatio cuius mediū eſt cā cōcluſionis t ignoti⁹ ea. ¶Sed ambiges.qm̄ oīs demonſtratio eſt ex notioribꝰ:ſed demonſtratio ꝓpter qd eſt ōmonſtratio.ergo ex notioribus.t ſic diſſō Auer.eſt falſa. ¶Dicendum igitur q̄ dz intelligi nō facta negatiōe.eſt ergo ſenſus demō ſtratio ꝓpter qd eſt demonſtratio cuius medium per ſe eſt ignotū t latē tius effectu:ſz poſt cōpletum intell's negociū notius relinquit:t ḧ demon ſtratio oz cauſe tantum:eo qz dicit tantū ,ppter quid effectus:t nō ꝛcludit ipſum eſſe:vel eſſe veram concluſionez:t hoc ſtatim exponitur meli⁹. Quid quidem ſit demonſtratio ,ppter qd manifeſtū mō:t quo mediū ſe hēat pa lam. Del demſtatione vero ſimplr qd ſit Themi.prio poſte.ca.46.vſ dice-

Quid de mōſtratio pp quid.

Quid demōſtratio ſimplr.

UVA. BHSC. IyR_120_2

re q̄ sit ea cuius medium concludit vlr conclones oēs possibiles fieri. ait enim sic. expositio cause q̄ ita sit quicq̄ tota vlium est: eoq̄ non modo nostitiam huius vnius defectus quem nunc patitur luna: sz simplr olim cōtinuet. Nam interuentus terre nō tm̄ hui⁹ defectus cā est q̄ oium qui possint omnibus seculis euenire. ecce qđo Themi. ait demonstrationē simplr dici: eo quia causa concludit vlr ⁊ cōiter omnes cōclusiones poles formari de omnibus effectibus possibilib⁹ esse. ¶Sz hec expositio vr ambigua: qm̄ demonstratio. tunc ppter q̄d ⁊ cause tm̄ demōstratio simplr dici posset. est em̄ causa per se oium effectiuū causa pp qđ. ⁊ simplr dici nō esset remotum. Adhuc demonstratio per signū conuertibile simplr dici posset: eo q̄ effectus conuertibilis posset esse causa vlr 2clonis cuiuslibet possibilis formari ex omnibus causis. ¶Ideo debes scire q̄ quando q̄ effectus: ⁊ ppter q̄d effectus eodem medio cognoscuntur. vt si nos essemus supra lunam videntes terram interponi: ⁊ non eclypsim. tunc luna deficit. quoniam interponit terra. nunc enim cognoscitur esse. s. lunā deficere. ⁊ ppter quid deficit eodē medio. s. interpositione. quandoq̄ aūt cē effectus alio cognoscit ⁊ alio pp ad eius. v. g. nunc existens in terra cognosco lunā deficere visu: pp quid autem eius per causam inuentam. ergo diuersis modis. q̄n ergo est aliqua demonstratio que simul ⁊ non diuersis modis cōcludit cōclonē esse verā. ⁊ propter quid vera est dr demfatio simplr: vt demōstratio illa: tūc q̄n eē⁹ supra lunā ⁊ viderem⁹ terrā interuenire: ⁊ nō viderem⁹ eclypsim. demonstratio enim p̄bans: q̄n deficit luna simplr diceret: ⁊ demonstrationes mathematice sunt huius gñis. non. n. in eis prio effect⁹ est notus sensu. ⁊ per ipsum inuestigat cām eē. deide negociamur. ⁊ tertio regredimur: sz mediū simul monstrat 2clonē verā. ⁊ ppter q̄d illi⁹. ⁊ hoc inq̄t Auer. 2. cell. com. illo. d. ⁊ si notius fuerit prius ⁊ latēti⁹ erit suū esse: ⁊ sua cā notior erit demōstratio absoluta que dat cām ⁊ eē. ⁊ hoc inq̄t prio phy. cō. 2. d. si q̄tigerit erūt cāe ⁊ eē. i. simplr. vult ergo Auer. q̄ demonstratio simplr demfo absoluta. ⁊ demfo cāe ⁊ eē vna sit spēs diuersa noia sortita pp diuersa officia. inquantum. n. conclonē demfat esse verā ⁊ ppter q̄d demfo cāe ⁊ esse dicit: prout absolute oēm ābiguitatē circa 2clonē. s. tā circa q̄s circa eē pp q̄d est vocatur absoluta. ⁊ prout aggregat oēm euidētiā. s. demonstrationis sīgati ⁊ demfationis pp q̄d simplr dr. hec. n. demfo ppie aggregat perfectionem demfationis significati: qm̄ quēadmodū signū demfat 2clonem esse verā tm̄: sic ⁊ hoc 2clonem esse verā oñdit. sīr put demfatio cāe dicit ppter q̄d conclusionis: sic ⁊ ħ ppter q̄d dicit 2clonis: ergo demfatio simplr ex tua⁹ aggregatum ex vtroq̄ gñe demfationis. ¶Ad opposita q̄ destruit illud triplex genus demfatiōis: dōm q̄ dīnt ppter media: ⁊ qñ dr mediū demonstrationis simplr vel est cā vel effectus. dōm q̄ nec cā pura nec effectus: sz aggregans vires vtriusq̄ vt exposuit. ideo mediū illud est alterius speciei ab extremis. sicut rubeum ab albo ⁊ nigro pro nunc. ¶Ad scōz dōm: q̄ ibi non enumerauit nisi extremas species: tacuit autem mediam: qm̄ solers potest prompte ⁊ cā ex illis colligere. ¶Ad tertiam manifesta est sol. dīnt enim propter media. pūt. n. demfationes esse p idē gen⁹ cāe. nō aūt p idez genus mediū. demfatio. n. hois habitantis in terra ⁊ exñtis supra lunā habent vnā speciem cāe: non tm̄ vnam spēm mediū: vt solerti patet. Quot quidem genera demonstrationū q̄d vnūq̄q̄ illorum: ⁊ quot eorū spēs ⁊ qui b⁹ dicantur noibus: ⁊ qđo soluant obiecta in oppositū manifestū intantū. ¶Ad scōam ergo questionem principalē dōm: q̄ multotiens fit demfo simpliciter ex qua 2uenit effectū esse: ⁊ ppter q̄d effect⁹: vt in ꝓposito Alg. de

Dubita.

Nota.

UVA. BHSC. IyR_120_2

vinit.quoniam intelligit ⁊ vult.reditus autem fit:non vt concludat aliqd ignotum:sed topicus est regressus ductus in:confirmatione demfationis priozis:vt ostenditur signum ⁊ cām inmē conuerti.U.g.si essemus supra lunam.argueremus.luna deficit:qm̄ interuenit terra.hec demfatio est sim plr.si regrederemur.s.luna deficit ergo interuenit terra.processus esset to picus ductus tantum propter confirmationem demonstratiōis simplr.nō q eo concludatur ignotū simplr:sed confirmat: ⁊ sic pz qualiter hoc fecit Alga.in hoc loco.⁊ Ari.conseruat illud sepe in demonstrationibus natu ralibus.Redeamus ergo ad locū nostrū.(Sed vos.)Cū induxit rationem qua probauit deum eē scientē se ⁊ alia.hoc in loco ostendit qūo apud pe ripatheticos est necessariū poni totum oppositū:⁊ sylogizatur sic. omne agens sine voluntate effectum eternum necessario ⁊ sm naturam est sum mum ignozans:sed deus ē apud peripatheticos agēs sine volūtate ⁊ effec tum eternum necessario necessitate nature.ergo deus est summe ignozās. huius primo accepit minorem.d.sed vos q̄ remouetis ab eo volūtatem ⁊ mundi:immo cuiusq; effectus innouationem totaliter negatis ⁊ opinami ni q id quod procedit ab eo procedit de necessitate vel natura hoc modo.s. q primo causatur ab eo primum causatum:deinde alia causata succcssiue ⁊ gradatim donec perueniant ad vltimum entium.U.g.ad materiaz:tunc apponit;conclusionem.d.⁊ sic.i.ergo ipse non seipsum sentit.i.intelligit.ap ponit maiozis pbationem p exēplū.d.sicut ignis a quo caliditas pcedit: vel sol a quo lux procedit.⁊ nullum istoz seipsum nouit sicut nec aliqō ex trinsecoz nouit.ergo maior pz fere inductione:ñc replicat conclusionem dicens:ergo deus apud vos summus ignozās est.Confirmat hoc.d.nos iam declarauimus nomine ipsozum q̄ ipse ignorat alia.vnde posicō igno rat alia.non est cauendum quin ignoret ⁊ se.deus ergo oino sc⁊ alia igno rat:ergo summus est ignozās.(Et si aliquis.)Apponit hoc in loco dubiū ⁊ inquit.⁊ si aliquis diceret q̄ licet ipse ignorat entia.vult dicere extra se: scit saltem seipsum.⁊ probat hoc per impossibile hoc modo sylogizans.q enim seipsum ignorat mortuus potest reputari.apponas minorem:sz p te deus scit sm ignorat:ergo ipse deus eēt sine dubio mortuꝰ.cōclo est falsa.er go alicꝫ ppōnū.nō maior ergo minor:⁊ sic hꝫ ppositū.Nos vero.) Rndet ⁊ tantum.vt enim reducere argumētū contra eos.⁊ inqt.nos vero ad hoc respondemus ⁊ dicimus eis.q̄ hoc simpliciter etiam opinātes q̄ deꝰ igno rat alia:⁊ scit seipsum:quod ꝓbat.d.nulla.n.dfia est inter hoc ⁊ dictum di centis q̄ id quod non agit cū voluntate:nec audit nec videt est mortuum. est ergo sylogismus hoc modo.oē ignozās entia extra se nōvidens nec au diens nec volens est mortuum:sed sm dicētes deū scire se deus est ignozās alia extra se:nec audiens nec videns:nec volens:ergo deus est mortuus:et sic per consequens argumentum potest reduci cōtra eos.(Et si forte.)hoc in loco induxit sol.eozum adhuc ⁊ inquit:⁊ si forte dicerent q̄ omne separatum a materia est intellectus per se existens seipsum intelligens:⁊ adde minorem:sed deus est separatum a materia:ergo est intellectus seipsuz in telligens:⁊ tunc dicam q̄ deus vivit:qz intelligit se:mortuum autem nec se nec alia intelligit:quare sol.est.(Dicimus.)huic contradicit hoc modo.d. dicamus q̄ declaratum est.scilicet in dubijs aliarum disputationum.quod solu.est pura cuasio.quia sup.deum esse separatum a materia non potest demonstratiue probari:ergo hec solu.fundatur in propositione dialectica ⁊ non demonstratiua:ergo est fuga.(Et si forte.) Adhuc apponit argu mentum philosophozum quo probant deum viuere:posito q̄ nihil sciat ex tra se:⁊ inquit.⁊ si forte diceret q̄ huiusmodi demonstratio est:qz.vz. eius

UVA. BHSC. IyR_120_2

diuidit ad viuens z ad mortuū. et viuens est nobilius mortuo: sed primum est nobilius cunctis entibus: ergo primum est viuens. Syllogismus ergo est in scđa figura sic: omne viuens est nobilius mortuo: primum ens est nobilius mortuo: immo cunctis entibus: ergo viuens erit omnino deus. Respondet z huic. d. dicimus q omnes iste sunt euasiones. i. nō rationes demōstratiue: sed dialectice. (Nos em̄.) Hoc in loco mouet z aliam questionē maxime cōtra auic. potest enim queri. cur est impossibile ab eo qđ ignorat scipsum p cedere entia intelligētia se. ponebant em̄ philosophi q deus nō scit se: et q intelligentie emanātes ab ipso sciant se: querit modo ꝓpter quid est impossibile apud vos alios peripatheticos qui nō ponūt hoc. dicit igit. nos em̄ possum⁹ eis dicere. quare est impoſe q ab eo qđ ignorat scipm̄ succedāt entia scipsa sentientia. i. intelligētia cū pluribus mediis: siue sine mediis. Inducit sol. peripatheticorum. d. z si forte diceretis q impossibilitas ꝓuenit ab eo: qz sequit̄ q causatū esset nobilius causa. igit̄ si effectus essent intelligentes se z deus nō: tunc essent nobiliores prima causa: z propter hoc dicūt philosophi hi. q deus ignorans se nihil produceret sciens se. (Dicimus.) Confutat hoc. d. dicimus qđ hoc potestis asserere ſm apparentiam: z non ſm demonstrationem z rei veritatem: quoniā in multis effectus est nobilior causa: z in hoc nolo nunc immorari.

AUERROIS.

NOs dicimus qđ absurdior allegatio huius hominis z ipsius sequacium est in eo qđ dicunt. s. q innouatio mundi indicat voluntatē in deo: z nos inuenimus mundi nouitates que interdū ꝓcedūt a volūtate z aliquotiēs a natura: aliquotiēs ab euētu: id quod voluntate fit: sunt artificiales res: z ea que fiunt per naturā naturalia sunt. Et preterea si innouatū tm̄ volūtate innouaret: oporteret q volūtas esset supposita in diffinitione ipsius: z est manifestū qđ diffinitio innouati est q innouatū est ens post priuationē. Unde si mūdus innouare tur magis decet q innouet inc̄tū est ens naturale ꝓcedēs a principijs naturalibus rerum: c̄ꝑ a principijs artificialibus. s. voluntate. Sed supposito q mūdus ꝓcedat ab agente primo qui inclinauit ipsius esse magis c̄ꝑ suā priuationē: opz nos dicere qđ ipse est volens: lz ab eterno voluisset suū esse. ptz ergo q philosophi conueniūt cum istis in attribuendo deo voluntatē. Et ideo qđ ipse diserat philosophoꝝ nomine. vz. q id quod ꝓcedit ab ipso deo procedit modo nature falsum est. Immo dicunt peripathetici loquentes ſm veritatem qđ entia ꝓcedunt ab eo modo altiori c̄ꝑ sit natura: z quam humana voluntas. probatum est enim demonstratiue. quod impossibile est procedere aliquem actum ab ipso deo naturali modo seu voluntario: iuxta volūtatis intentionem in nobis. Voluntas enim animalium est principium motus. quapropter dicimus quod actus diuinus procedit ab eo modo nobiliori quam modo voluntario: qui clare comprehendi non potest nisi

UVA. BHSC. IyR_120_2

ab eodem. Et probatio quam vult hec est: notum est q ipse scit contraria. vnde si ipse ẽtum scit agere tantum faceret: faceret ergo duo contraria simul ⁊ semel: quod est falsum. oportet ergo qꝫ efficiat vnum contrariorum voluntarie. Et ideo dicimus quod ex eo quod ipsi distinguebant dicentes quod actus dei: aut procedit a natura aut a voluntate: apparet quod ipsi ignorant naturam ⁊ voluntatem quid sint: natura namq; apud philosophos intelligit in pluribus rebus principium motus: vt ascensus ignis sursum: ⁊ terre deorsum: ⁊ talis natura debet ab ipso deo auferri: similiter aliquando dicitur natura de omni virtute ex qua quidẽ actus procedit: quam dicunt aliqui q etiam est intellectus: ⁊ aliqui q non est intellectus: immo illa virtus naturaliter agit quod procedit ab ea: ipsi enim assimilant eam artificibus: qui a seipsis mouentur ⁊ ab eisdem procedunt actus ordinati: ⁊ ideo ait princeps philosophorum. videlicet. Aristo. quod satis patet quod intellectus naturaliter omniu; dominatur. Sed id quod dixit differtiue: scilicet: q qui scit seipsum scit alia: et econtra. falsum est: qz sequeretur quod qui alia ignorat: seipsum ignoret: ⁊ quia compellitur Auicen. auctoritatibus philosophorum: vt concedat quod deus ignorat alia: oportuit eundem auicen. concedere quod ipse deus ignoret seipsum: ⁊ hoc optime probauit. Sed id quod dixit. videlicet. quod qui seipsum ignorat mortuus est: et deum non decet reputari mortuum. dicimus quod sunt verba probabilia egredientia ex ꝓpõũ dialecticaliũ vi. illud nãq; qõ non est viuum non est mortuum: nisi de natura sua esset habere vitam: vel si ipse intenderet pro mortuo brutum: tunc nec diuisio erit vera. Verũtamen notandum est: quod vita dicitur in entibus eternis ⁊ corruptibilibus equiuoce. Sed id quod dixit: quod omne separatum a materia est intellectus per se existens ⁊c. dicimus quod hec est euasio non demonstratio: nos prelibauimus in eo modum demonstrationis ipsorum qualiter in istis debet habere vigorem. Sed id quod dixit. videlicet. quod vita potest procedere ab eo quod viuum non est: et sciens de non sciente: et ideo prerogatiua principij est inquantum principium tantum: dicimus quod sunt verba falsissima. si enim possibile esset quod ab eo quod vitam nõ habet procederet vita: sequeretur quod entitas procederet ab eo quod non est ens: tandem quelibet res a qualibet re. ergo ordo causarum nihil esset: quod est falsum. alia verba alga. huius capituli summi sunt errores et phantasie: quare in eis amplius amittere tempus non oportet: quia ipsius errores omnibus sunt manifesti.

¶Auer. nunc contradicit alga. ⁊ primo mordet propositionem primam suę rationis. s. q quia deus agit effectũ voluntate. iõ agit nouum: hec eñ ꝓpõ non est ita: nisi in virtute huiꝰ vis. oẽ nouũ ꝓcedit a volũtate. auer. ergo

UVA. BHSC. IyR_120_2

nō arguit cōtra ꝓpositionē Alga. directe: sed ꝯtra propositionē in virtute cuius tenet illa ꝓpō. s. ꝯtra hāc: omne nouū ꝓcedit a volūtate: ꝛ inq̄t. dicim⁹ nos ꝙ absurdior allegatio huⁱ⁹ hois ꝛ sequacitū ipsius est in eo qō dicūt. s. ꝙ innouatio mūdi indicat volūtatē in deo. cōtra hāc nō instat: sed ꝯtra illā in virtute cuius tenet hec. d. ꝛ nos inuenim⁹ mūdi. i. rerum mundanarū nouitates q̄ interdū ꝓcedūt a voluntate: ꝛ aliquotiēs a natura: ꝛ aliquotiens ab euentu in ꝓhīcis dictum est: ꝛ hoc exemplo ostendit. d. illud qō voluntate fit sunt res artificiales: ꝛ ea que fiunt per naturā naturalia sunt: vt ignis ab igne: leo a leone ꝛc. ab euentu vero facta sunt horum errores: vt. 12. met. inquit auer. cōmē. 13. ꝛ secundo phȳsi. commen. 43. ꝛ 49. Ex hac diuisione ꝓpositio dicta relinquit destructa: cum pateat nō omne factum ex voluntate. (Et preterea.) Adhuc adducit rationē secundā. d. ꝛ preterea si innouatus tm̄ voluntate innouaret: opz ꝙ volūtas esset sumpta in diffinitione ipsius: ꝛ ostendit ꝙ nō est: ita dando diffinitionem innouati. d. ꝛ est manifestum ꝙ diffinitio innouati est qō innouatū est habēs esse post priuationē. ¶ Debes scire ꝙ licet omnis diffinitio dz dari per formam: tñ diffinitiones naturales que quodammodo sunt: sicut symi diffinitio: vt arist. ait in secundo de phȳsico auditu. et sexto metaphisices debet dari per singulum genus cause essentialis: ꝛ ideo valet ꝓntia auer. si essentialiter omne innouatum voluntate innouat: posset definire quis innouatū voluntate: vbi ꝓstat nō esset ita: ꝛ sic patet sermo eius. (Unde si mundus) Adhuc tertio instat ꝛ ostendit qō si mundus fuit nouus magis a principio naturali ꝙ voluntario fact⁹ fuisset: ꝛ inquit. vnde si mundus innouaret magis decet ꝙ innouet inquantuz est ens naturale ꝓcedens a principijs naturalium rerum ꝙ a principijs artificialibus. s. voluntate: ꝛ hoc non ostendit: pōt tamen hoc modo declarari per ante dicta. si mundus innouatur: aut ex principijs artis: aut ex euentu aut a natura innouabitur: nō per principia artis: qm̄ vt inquit: innouatur per se inchoatuz ens naturale: ergo nō ens artis: nec ab euentu: ergo relinquitur a natura: ergo magis ꝙ a voluntate. Nota. ¶ Nos xpicole dicimus ꝙ mundus innouantur vt res artis ꝛ opus summi artificis: vnde sicut deus est artifex equiuoce fere dictus cuz artifice humano: similiter sicut exemplar dei: ad cuius imitar mundum fecit. est equiuoce dictū ad exemplar nostrū: quo res facimus arte. ita ꝛ mundus equiuoca arte factus est: ꝛ per ꝓns opus artificiale equiuoce dicetur. ꝛ hoc inquit. ꝛ Plato in Thimeo. Peripatheticī autem qui omnem nouam factionē in qua variatur nomen ꝛ rei diffinitio generationem vel corruptionem dicunt esse. dixerūt mūdi innouationē esse generationem. ꝛ per ꝓns mundum esse opus nature: ꝛ sic dictum Auer. est secundum fundamenta naturalia probabile. (Sed supposito) Nunc ad formam argumenti respondere videtur. d. sed supposito ꝙ mundus procedat ab agente primo qui inclinauit ipsius esse magis ꝙ priuationem suam. i. ꝙ elegit eius esse magis ꝙ nō esse. opz nos dicere ꝙ ipse est volēs: licet ab eterno voluisset suum esse. ptz ergo qō philosophi conueniunt cum istis in attribuendo deo voluntatem. (Et ideo.) Ex hoc conducit peccatuz alga. d. ꝛ ideo qō ipse diceret philosophoꝝ nomine. vz. ꝙ id qō procedit ab ipso deo procedit modo nature. falsum est: immo dicunt peripathetici loquentes sm̄ veritatem: ꝙ entia procedūt ab eo modo altiori ꝙ sit natura: ꝛ ꝙ sit humana voluntas: cuius rationē reddit: ꝛ inquit. probatum est enim demonstratiue ꝙ impossibile est procedere aliquem actum ad ipso deo naturali modo. i. secundum vim nature seu voluntario iurta intentionem. i. rationem voluntatis in nobis. i. voluntate vniuoce dicta cum voluntate nostra: cuius rationem reddit. d. voluntas em̄ animaliū. i. hominū principiū est motus cuz

UVA. BHSC. IyR_120_2

cõtingentia sup. cuiusmodi nõ est dei voluntas: ideo apponit correlarium: & inquit: quapropter dicim⁹ q actus diuinus ꝓcedit ab eo nobiliori modo ꝙ modo voluntario qui clare comptchendi nõ põt nisi ab eodem. (Et debes scire q sicut nos dicimus posse: cuiusmam nature sit celli: sed solum per abnegationem. s. qõ non est graue neq; leue: vt arist. in his q de celo dicit: sic nos nõ scimus que voluntas sit dei: sed scimus qõ nec agit per modum nature: nec per modũ volũtatis nostre: sed positiue hoc modo sez ipsum agere solus ipse scit. & sic ptz sol. argumenti alga. (Et probatio.) Hoc in loco vult probare in deo esse voluntatem: & inquit: & ꝓbatio quoniã vult. i. q in eo sit voluntas hec est: & apponit illam. d. notum est q ipse scit duo ꝓtradictoria & duo cõtraria: & hoc iam declaratum est in fine decime disputationis: qũo hoc supposito arguit: & virtus sue rationis ꝓsilit in hoc: vel deus agit tm̃ quantum scit: & põt agere: vel tantum quantũ vult eorum que põt agere: ostendit qõ nõ agit tm̃ quantũ põt agere. d. vnde si ipse quã tum scit agere tantũ faceret: sed sup. scit duo ꝓtraria facere: ergo duo cõtraria faceret simul & semel: quod est falsum: relinquitur q ipse nõ faciat quantum potest: tunc apponit ꝑm membrum. d. opz ergo q efficiat vnum ꝓtradictoriorum voluntate: ergo deus agit volens: qõ alga. negabat. (Et potest ex his syllogizari sic. omne potens agere duo contraria eligens vnum eorum agit voluntate: sed deus est agens potens duo opposita eligens alterũz eorum: ergo deus agit voluntate: & sic patet sermo eius. Sed quomodo deus sciat duo opposita: & qũo agat alterum eorum: & nõ natura: in alijs disputationibus pluries dixit: & ego ipsum exposui. (Et ideo dicimus.) Conducit & peccatum aliud alga. d. & ideo dicimus q ex eo q ipsi distinguebant dicentes. qõ actus dei aut ꝓcedit a natura: aut a voluntate: apparet q ignorãt ipsi naturam & voluntatem quid sint: & hoc ostendit. d. natura nãq; apud philosophos intelligit in pluribus rebus principium motus: vt ascensus ignis sursum: & terre deorsum: & talis natura dz ab ipso deo auferri. capiendo ergo naturam ꝓut eam diffinit arist. in de phȳsico auditu: sic deus nõ agit per naturam. (Similiter.) Ostendit quomodo natura põt capi secundo modo. & hoc modo potest cõcedi deum agere ꝑm naturam. d. similiter ali quando dicitur natura de omni virtute ex qua quidam actus ꝓcedit sup. ablato actu voluntatis: quam dicũt aliqui q est etiam intellectus: & aliqui opponunt illis qõ nõ est intellectus: tamen ipse affirmat primorum opinionem. d. ammo illa virtus scilicet intellectus naturaliter agit quod ꝓcedit ab ea: & per consequens natura dici potest: & rationem reddit. d. ipsi cm̃ philosophi assimilant eam: id est intellectum artificibus qui a seipsis mouẽtur & ab eisdem ꝓcedunt actus ordinati: & per cõsequens cum intellectus moueat & actus ordinatos producat natura dici. potest: qõ & verbo aristo. confirmat. d. & ideo ait princeps philosophorum. vz. Arist. q intellectus natura liter omnium denominatur. i. dicitur fere omnium natura: ꝓut omnia ordinat vt patet in tertio de anima: unquit enim q agens intellectus est omnia facere: possibilis omnia fieri: ergo intellectus natura dici potest: & per cõsequens patet qualiter deus agere põt natura ꝑm dicta. s. ꝓut intellectus natura est: & sic ptz etiam qũo ipse alga. dicens. q deus nec agit natura nec voluntate. mentitur: agit cm̃ deus voluntate equiuoce dicta: & etiam natura equiuoce dicta: & qz hoc ignorauit Alga. ideo absolute dixit illud vt auer. dixit. (Sed id quod dixit.) Hoc in loco remouet aliud principale dictũ Alga. & primo proponit illud. d. sed id quod dixit diffinitiue. s. q qui scit seipsum: scit alia & ecõtra falsum est: & deinde reddit rationem quare est falsum. d. quia sequeretur q qui alia ignorat: seipsum ignoraret: modo hoc est

Nota.

UVA. BHSC. IyR_120_2

contra experientiam.(Et quia.)Nunc correlarie concludit ꝛ peccatum auicen.ꝛ inquit.et quia compellitur Auicē.auctoritatibus :id est argumentis philosophorum:vt concedat qđ deus ignorat alia extra se:oportuit eundē Auicen.concedere quod ipse deus ignorat seipsum.ꝛ hoc optime probauit sup.alga.contra auicē. Nota. Debes scire ꝙ auer.non concedit deum ignorare alia extra se:quoniam ignorantia est priuatio scientie : modo vt dicet statim quod non potest esse subiectum ignorantie:nec scientie: eo quia obiecta habent ꝛ fieri circa idem:ideo per ignorare hoc in loco intendit nō scire:et hoc est ita:quoniam secundum philosophos deus non intelligit alia sub ratione qua sunt diuersa:et alia ab ipso esse dei : sed intelligit se et alia prout esse eius est esse omnium: et hoc dictum est.12.metaphysi. commen. 51.et hoc ꝛ sacri theologi nostri etiam concedunt.(Sed id quod.) Nunc rursus reprehendit alga.in alio verbo:et primo repetit id.d.sed id quod dixit. videlicet.quod qui seipsum ignorat mortuus est:ꝛ deum non decet reputari mortuum.Apponit statim locum errotis:ꝛ inquit.dicimus qđ sunt verba probabilia egredientia ex vi propositionum dialecticalium:ꝛ reddit rationem.dicens.illud nam.ꝙ quod non est viuum non est mortuum : nisi de natura sua esset habaret vitam:eo quia viuens et mortuum sunt opposita.ꝛ habent fieri circa idem:vt sat dictum est : et apponit euasionem. dicens vel si ipse intenderet pro mortuo brutum:tunc nec diuisio erit vera : quoniam deus nec est viuens:nec brutum.(Ueruntamē.)Absolut ambiguitatez:qm̄ aristo.in metaphysicis probat deum viuere optima ꝛ perfectissima vita:et auer.ibidem.12.metaphysice.cōmen.38.ꝛ.39.ostendit illud rationibus demonstratiuis:modo autē inquit ꝙ deus nec dicitur viuens nec mortuꝰ quo modocunq; accipiatur mortuum.Absolut auer.ꝛ inquit.verūtamen notādum est ꝙ vita dicit in entibus eternis ꝛ corruptibilibus equiuoce:vult dicere ꝙ quando arist.inquit:deum viuere:nō intelligit vitam vnius rationis cum vita animalis generabilis.ꝛ hoc dixit ꝛ ipse.8.metaphy. commen. 12.ꝛ nolo prolongare verbum:qm̄ in disputatione tertia feci mozam.(Sed id quod.)Nunc iterum mordet eum in alio verbo:ꝛ inquit:sed id quod dixit qđ omne separatum a materia est intellecus per se ꝛ existens ꝛc.ꝛ respondet.d.hec verba.dicimus ꝙ est euasio ꝛ non demonstratio in hoc quidem quod alga.dixit:nos prelibauimus demonstrationem ipsorum philosophorum qualiter in istis debet vigorem habere:ecce quomodo illud verbū fuit extraneum cum iam ꝛ ipse scripsit demonstrationem qua probatum est deū non esse corpus nec virtutem in materia corporali.et iam fuit composita in secunda figura sic:omne corpus vel virtus in corpore est finitum in tempore:sed primus motor non est finitus in tempore:ergo non est corpus nec virtus in corpore:ꝛ ipse probauit vtrasq; ppositiones superius demōstrationibus arist.ideo nō vult amplius sermonē plongare.(Sed id qđ.) Amplius reprobat ꝛ verbū aliud alga.et primo narrat illud.d. sed id quod dixit.v3.ꝙ vita pōt ꝓcedere ab eo quod non est viuum:ꝛ sciens de non scientе:propter quod dixit ꝙ prerogatiua principij est ipsius inquantum principium tm̄.i.qđ solum alia precellit prout est principium. Hoc amouet:ꝛ inquit:dicimus ꝙ sunt verba falsissima:ꝛ redit rationem:ꝛ inquit.si em̄ possibile esset ꝙ ab eo quod vitā nō hz procederet vita: sequitur qđ entitas ꝓcedat ab eo qđ nō est ens.tādē quelibet res ꝓcederet a qualibet re:ꝛ sic quod libet ex quolibet:ergo ordo causarum nihil esset:quod est falsum:ꝛ cuz hoc dixisset excusat se in alijs alga.argumētis:ꝛ sermo suus est manifestus ꝙ se.

Qđ ꝓma. Sed in hoc loco nō parua emergit questio.videtur em̄ auer.testari viuens non posse gigni ex non viuente:hoc ꝛ contra

UVA. BHSC. IyR_120_2

experientiam et cōtra verba eius esse videt.⁊tra experientiam quidem: qm̄ semen animalis videtur aial generare:et tamē maior pars philosophorū non ponit ipsum viuere nec animatū. Adhuc vero cōtra verba: qm̄ ipse.7. meta.cōmen.31.⁊.12.metaphy.cōmē.18.et.13.videtur ⁊ in hoc reprehēdere Auicen.⁊ Aler. Themistiū et Platonē: qui propositionem hanc adeo crediderunt ꝙ Plato ideas: Themistius animā: Auicen.colcodeā: Aler.intellectum posuerunt. Rursus difficilius est quod ait: ꝙ si viuens ex non viuē te fieri posset:⁊ ens ex non ente:et vlr quodlibet ex quolibet non impossibile fieri: istud enim quomodo sequitur: hoc in loco non declarat. ¶ Circa istud immoratus sum valde in libro de intellectu. nunc autem ne sub silentio penitus transeaz: oportet inducere aliquid de hoc. possunt igitur duo modi fingi. vnus cōmunis: alter cui non inuenio locum oppositum. primo ergo modus est quem Joan. tando. sequutus est in libro de aia. et in libro metaphysices: ⁊ fere oēs latini et medici huius tēporis. ¶ Vbi debes scire ꝙ sperma est semen decisum a patre secundarū partiū. s. subtilis et grosse: iterum in subtili est virtus quedā occulta:⁊ per totum est calor vitalis: ergo in spermate sunt quinq; partes: grossa corpulēta: subtilis ⁊ spirituosa virtus. q̄ qualitas est quedā residens in parte spirituosa:⁊ calor vitalis qui et aialis et naturalis dicitur prout diuersa officia exercet. pars q̄ dem corporea massa est ex qua membra et corpus animalis totum formandum. spirituosa pars que spiritus est: genitiuus habet locum forme:⁊ quia decisus fuit a patre retinuit virtutem illam que retenta in eo formaz corp⁹. et quia vnū quodq; agens hz instrumētum: ideo calor ille est velut instrumentum: ergo virtus illa vtens calore tanq; instrumento formaz corporis mēbra: quibus formatis animā extrahit de potētia ad actū: hic quidē virtus dicit intellꝰ diuinū quoddā:⁊ aia dicit quidē intellꝰ. prout quēadmodum intellꝰ: nō operat per corporis mēbrū vel instrumentū: ita nec et hic. Rursus dicit diuinū quoddā: qm̄ vitā dat. opus em̄ diuorū est dare vitā: vt 12.meta.cō.34.testatus est ⁊ auer. Dicitur quoq; aia qm̄ aia dicitur duob⁹ modis: sicut ⁊ forma forma: dicitur forma vel qz formaz imagines: in materia: vel qz informat materiā: eodē modo et aia dicitur vel qz animans est ⁊ aias faciens: vel qz ipsa animat materiā: qz igitur virtus illa aiam ponit in materijs: ideo aia dicit:⁊ pp hoc multi philosophoꝝ dixerūt sperma esse aiatum: nō quidē aia que est forma materie: qua res dicit aiata: sed aiatuz aia animāte. i. creāte aias. Ex his potest eligi locus iste, omne em̄ viuuz dz procedere a viuo:⁊ aiatum ab aiato: hoc modo intelligendo viuens ⁊ aiatum: qm̄ nō est possibile vt viuum fiat: nisi ab eo quod potest et vitam dare: et animatum ab eo quod potest animam dare: ergo oportet vt sit viuēs et animatum hoc modo. aliter si non esset animatum: nec primo modo nec secundo modo: tunc possibile esset: vt ⁊ ens ex nō ente: et quodlibet ex quolibet fieret: vt intelligenti patet. ¶ Secundus modus qui nunc occurrit est quem extraxi ex antiquis sermonibus antiquorum: vbi debes scire quod primus motor:⁊ est intellectus: et est anima: et est natura: et est prouidentia: vnus manens semper in essentia: prout enim diuersa officia exercet: diuersa fortitus est nomina. prout enim se intelligit: et omnia que sunt possibilia et actu intellectus dicitur. prout animas germinat et corpora mouet: animando illa anima dicitur. prout res et formas rerum naturalium in materia ponit natura dicitur. prout vero prouidit res caducas et generabiles et spheras eternas: sic prouidentia dictus est. ¶ Secundo debes scire quod deus non potest exercere opera hec: nisi prout vnitur diuersis instrumentis vt motor: prout igitur vnitur seminibus

Pō. Joā. ⁊ alioruz. Quid sit sperma.

Secūdus modus.

UVA. BHSC. IyR_120_2

animalibꝫ:vt sic anima dicitur animatiua prout vnitur radicibus naturalibus ex quibus res naturales procreantur.natura dicitur:prout nulli corpori nulli magnitudini vnitur intellectus.prout oibus est ꝓsens:sicut virtus principis in toto exercitu prudens. ¶Dicendū itaq; ex his. q cum sperma in fundo matricis proijcitur:tunc deus vt motor animatiuus appropriatur ei.ꝛ vtitur virtute illa ꝛ calore vt corpus formantibus:ꝛ sic eo formato corpus animat:ꝛ sic Aristo.appellat virtutē illam que est deus diuinā:ꝛ licet de facto sit intellectus:attamen adhuc in hoc opere vim ꝛ modum hꝫ intellectus:vt auer.inquit.ꝛ hec est sententia Auer.7.meta.cōmento illo.31.si bene verba sua considerenť. Adhuc ꝛ aristo.in secundo lib.de generatione animalium.cap.10.inquit.corpus autem geniture.i.sperma in quo semen animalis principij contentiuum vna prouenit:partim separabile a corpore in quibus diuina pars comprehenditur:qualis est que mēs appellatur.partim inseparabile.i.ita corporeum:vt nullo mō abstracti intellectus:subiectum est:ecce ꝯ plane ꝛ aristo.his verbis hanc opinionē apposuit.Et hoc apparet qualiter argumenta facta nihil sunt : et entimema auer.formatur in hoc.qm̄ principium debet continere totuꝫ esse principiatiꝫ ꝛ ideo,si primus motor non esset viuens non cōtineret esse eius : ergo nō posset esse principium eius:aliter ens posset ex nō ente:ꝛ quodlibet ex quo libet euenire. ¶Sed dices.ergo hec opinio auer.non differt ab illa auicē.

dubitatio

¶Preterea in fine comment inquit.q mouit aristo.ponere intellectum separatum ratio virtutum spiritualium.ergo non ponit intellectū esse principium huius. ¶Dicendum q differentia horum est:quoniam auicē.coloco deam posuit ꝛ eam infimam intelligentiarum.Auer.autem vult q illud nō est necessarium:quoniam semen sufficit: ꝛ primus motor vt anima seminis appropriata. ¶Secundo differt.quoniam voluit auic.vt creator formarū esset intellectus:quo homo intelligit.Auer.autem vult q intellectus sit infima intelligentiarum:ꝛ positus ab arist.propter intelligere tantum:ꝛ non creare formas. ¶Tertio differentia est:qm̄ auic.ait propterea intellectum debere esse separatum:vt formas creet:auer.autem q ideo est separatus:qꝛ principium intellectionis.

Solo. Dria iter auicen. et auer.

¶Et sic explicit expositio vndecime disputationis.

¶Disputatio.12.Alga.cū phis est in eo q reprobat eoꝝ opinionē in eo qđ dicunt:q deus particularia ignorat que tēporali diuisione diuiduntur.

¶DUBIUM PRIMUM.

QUIt Alg.in hoc fere omnes philosophi contradicunt:maxime opinantes deum tātum seipsum scire.adhuc alij peripathetici hanc opinionē sequūtur manifeste. Aut.enim qui opinatus est q deus alia entia sciat expresse dicit.q ea scit vniuersali modo non aliquo tempore ingrediente:ꝛ cum toto isto nullum superiorum entium neq; inferiorum ignorat: et sequitur q sciat particularia aliquo modo. Unde nos huore veritatis cogimur de istis disputare:propter quod primo ducem⁹ ipsorum opinionem clare:postea vero eos arguemus. Inducam⁹ igi

UVA. BHSC. IyR_120_2

tur primo exemplum positum apud eos. s. q̄ sol debeat eclypsari in quodam die futuro: postmodum lucere. ergo in dicta eclypsi tria tempora inspicienda sunt. vz. tempus in quo eclypsis est futura necessario. Et tempus in quo erit presens. Et tempus in quo preteriet: propter que tria tempora diuerse tres oriuntur scientie numerales: ⁊ successiue in vnum subiectum venientes: q̄ sine dubio inferunt scientis variationem. Et ideo putant q̄ non est imaginandum q̄ ipse deus tres istas comprehendat. Scientia nāq̄ sequitur scibile: quapropter permutato scibili: permutatur scientia: ⁊ permutata scientia permutatur sciens: sed omnis permutatio cauenda est a deo benedicto. quare dicunt q̄ ipse deus scit eclypsim: ⁊ omnia ipsius comitantis: sed modo inuariabili: vtputa q̄ sol est ⁊ luna: ⁊ q̄ mouentur continue circulariter: ⁊ q̄ ipsoꝝ circuli abinuicem intersecantur in duobus punctis qui dicuntur caput draconis ⁊ cauda: ⁊ q̄ ista duo luminaria obuiāt sibi inuicem signatis temporibus in duobus predictis punctis. vz. quando luna interposita erit inter solem ⁊ circulos nostros: ambobus existentibus in vno duorum predictorum punctorum: ⁊ quando luna dictum locū pertransibit quantitate terminata lucet sol more soluto: ⁊ sic alis iterabit eclypsari: ⁊ ideo talis scientia nō infert permutationē in deo: neq̄ variabilis reputari debet. ⁊ sic similiter dici potest de omnibus nouitatibus a causis terminatis aduenientibus successiue vsq̄ ad motum orbium: cuius causa est celi anima que orbes mouet modo desiderij assimilādo se ipsi deo benedicto vel angelis. Silr dicunt de diuisibilibus rebus materia ⁊ loco sicut sunt individua hominum ⁊ aliorum animaliū: dicunt enim q̄ ipse deus ignorat accidentia quorūlibet ipsorum particulariter: sed scit hominem vniuersali modo: ⁊ omnia sua contingētia eodem modo: ⁊ quomodo suum corpus componitur ex propriis membris vtilibus pro omnibus suis naturis: ita qō nulla vniuersaliter ignorat: ſz particularia ⁊ individua: vt sor. ⁊ calias: quia tantum abinuicem sensibiliter distinguuntur: non tamē ab intellectu: ergo ipse deus sine dubio ignorat ea. hec est sententia dicte opinionis: cum qua euelluntur radices omnium legū secta rūq̄ stipites: etiam ab his liuiuntur cuncta verba prophetarū diuinarum scripturarū: ⁊ aufertur totaliter omnium fidelium spes. Quare conamur cū eis feruide litigare ⁊ predicta absurda acerrime redarguere.

¶ Ut cōpleat omnes ambiguitates accidētes in scientia primi. vult modo auer. adhuc inuestigare an deus singularia sciat: ⁊ primo vt consueuit Alg. inducit dubiū. ⁊ inqt. Aut alg. in hoc fere oēs phi contradicūt maxime opinātes deū tm̄ seipsum scire. ¶ Adhuc alij peripathetici hanc opinionē sequuntur manifeste. Aut. n. q̄ opinatus est q̄ deus alia entia sciat sup. extra se: expresse dicit q̄ ea scit vniuersali mōdo aliquo spe ingrediēte. i. nō sub

UVA. BHSC. IyR_120_2

differētia alicuius tpis. Adhuc ꝛ cum toto isto inquit aut. q deus nullū superiorū entium neq; inferiorum ignorat: ꝛ inde sup. cōcludit q aliquo modo scit ptcularia sup. saltē in vñ. (Vñ nos). Hoc in loco cū dixisset opinionē phoꝝ: vult cōtradicere eis. ꝛ primo reddit cām sue cōtradictionis. ꝛ inqt vñ nos luore veritatis cogimur de istis disputare: ppter qō primo inducemus ipsorū opinionē clare: postmodū vero arguemus. (Inducamus igitur primo.) Incipit modo dicere. ꝛ inqt. inducamus igitur exēplū primo positū apud eos. s. q sol debeat eclypsari in quodā die futuro: postmō lucere: ergo in dicta eclypsi sunt tria tēpora inspicienda. i. tps in quo eclypsis est futura necessario: ꝛ tps in quo est pñs: ꝛ tps in quo preterūt: ppter que tria tpa tres: diuerse oriuntur scīe: ꝛ numerales ꝛ successiue in vno subiecto incidētes que sine dubio inferunt scientis varietatem. ꝛ inde concludunt q non est imaginandum q deus ipse istas tres scientias comprehendat. ꝛ reddit rationem. d. scientia namq; sequitur scibile: qua propter permutato scibili p mutatur scientia: sed permutata scientia: permutatur scīens: sed omnis permutatio amouenda est a deo benedicto: quare dicunt q deus scit eclypsim ꝛ omnia ipsius communiter. i. vñr. est ergo virtus syllogistica: omne sciens particularia mutatur: sed deus nō mutatur. ergo non scit particularia. maior probata est: minor nota est. (Sed modo inuariabili.) Quia concluſit deū scire cōiter ꝛ vñr. illa oñdit qñ: ꝛ inqt. sz modo inuariabili: vt pote q sol est: ꝛ q luna sit: ꝛ q mouentur continue circulariter: ꝛ q circuli ipsorum intersecātur in duobus pūctis: qui dicuntur caput draconis ꝛ cauda: ꝛ q ista duo luminaria obuiant sibi inuicē signatis tpibus in duobus predictis punctis. vz. qñ luna interpositā erit inter solem ꝛ oculos nostros ambobus existentibus in vno duorum punctorum: ꝛ quando luna dictum locū pertransibit quantitate terminata. i. parua lucet sol more solito. ꝛ sic als iterabit eclypsari. tunc cōcludit intētū. d. ideo talis scientia non infert permutationem in deo: neq; variabilis reputari dz. ꝛ tunc addit vninersalem vnā. ppōnē. d. asic similiter dici potest de oibus nouitatibus a causis terminatis eneniētibus successiue vsq; ad motū orbiū. cuius cā est aia celi q orbes mouet modo, de siderū assimilando se ipsi deo benedicto vel angelis. i. intelligentijs trahentibus eas appropriatis: silr dñt de diuisibilibus reb⁹: loco ꝛ mā. sicut sunt individua hoim ꝛ aliorū aialiū. dicūt em q ipse deus ignorat accidētia. i. differentias accītales quorūlibet ipsoꝝ particulr: sed scit hoiem vñ modo ꝛ oia sua cōtingētia. i. accītia eodē modo: ꝛ scit quo suū corpus cōponitur ex ppijs mēbris vtilibus omnibus suis necessarijs. i. commodis. ita q nulla vñr ignorat: sz particularia ꝛ individua sicut sunt sor. ꝛ calias: q tantuz adinuicē sensibiliter. i. differentijs accidentalibus sensibilibus distinguuntur: nō tñ ab intellectu. i. vt intellectu apprehenduntur. ipse ergo deus sine dubio ignorat ea. Tūc summā dicit. hec est sūia dicte opinionis cū q̄uenīlū tur oium radices legū: sectarūq; stipites: etiā his liniuntur cuncta verba p phetarū ꝛ diuinarū scripturarū: ꝛ aufertur totaliter oium fidelium spes: q̄re conamur cum eis feruide litigare: ꝛ predicta absurda acerime redarguere. (Debes scire vt Themi. inquit primo poster. cap. 46. qui scit causam per effectum impropriam ꝛ particularem scit scientiam: sed expositio caule. vt inquit. cur ita sit quicq; tota vniuersalis est: eoq; non modo notitiam huius vnius defectus: quem nunc patitur luna: sed simpliciter omnium continet: nam interuentus terre non tantum huius defectus cā est: q̄ omnium qui possunt oibus seculis euenire. volunt ergo peripathetici: quos Algazarra narrat: deum causam scire rerum. V. g. eclypsis lune scit causam pro quanto scit omnia concurrentia ad causam eclypsis lune vel solis: ꝛ quia causa

Nota.

UVA. BHSC. IyR_120_2

cõtinet vniuersalr oẽs effectus: vt Themi. inquit: ideo vlr scit oẽs eclypses: vr continentur in cã illa: sed qr vt particulares sunt r extra causas cadũt in tpe: ideo fingunt deũ ignorare ea. r sic patet sermo eorum. ¶Adhuc debes scire: vt bene r iuste inquit alga. istum errorem debemus remouere propter multa: primo qm̃ hoc verificato radices legum r sectarum stipites remouẽ tur. scõ qm̃ verba prophetarum falsantur r diuinarum scripturarum. ter tio aufertur spes omnium fidelium. amouebuntur radices legum r sectarũ stipites. qm̃ oẽs leges oẽs secte fundant in hoc principio. q sit vnus prim⁹ oim gubernator r auctor: non tm̃ vlr gubernãs: immo r particulariter. ver ba pphetarũ r scripturarũ sanctarũ: qm̃ pphete loquunr virtute dei sublimis: r ergo debẽt loqui virtute cognitoris: qm̃ cecus cecũ ducens ambo in fouẽt cadũt vt puerbio 6t. aufertur etiã spes rc. qm̃ oẽs speramus ex me ritis beatitudinẽ consequi. si ergo nõ esset vnus bonorũ r malorũ in dex: to ta nostra spes esset frustra: ppter qõ diuus ille arist. inquit. q deus est bo na bonis distribuẽs r mala malis. in lib. de bona fortuna. r diuus etiã pla to palã in oib⁹ eius dictis hoc p principio apposuit. quare ego nõ minori solertia hoc peripathetico⁹ pcm̃ conabor exterminare q̃s alga. pponat fa cere: hicq̃ veritatẽ nostre legis fm̃ posse conabor cõprobare.

propter multa remouendũ est deũ pticularia ignorare.

ALGA. DUB. ij.

¶Jt Alga. peccata istoꝝ reprobanda sunt dupliciter: r primo nãq̃ dicemus eis quare negatis dictum dicẽtis. vz. q deus benedictus vnã habeat sciam: vtputa in eclypsi que infert scire eum anteq̃ scit: r quãdo est r post transitum: he enim variationes reducũt ad relationes non inferentes permutationem in scientis substãtiaz: ita q representet summam relationem. quidam enim homo potest permutare situm quem habet cum alio. V. g. de dextra ipsius ad sinistram vel econuerso: r sic successiue venient in eum relatio nes: r cum toto isto: homo existens non ex hoc aliquo modo mu tatur. similiter debet in diuina scientia. vz. q vna r eadem scien tia sit preterita ab eterno: r futura in eterno: et presens sine per mutatione aliqua in eodem. Jd tamen quod dicunt: q de necessi tate mutatio scientis sequitur variationem sciẽtie: r variatio sciẽ tie sequitur variationem scibilis temporalis. vz. dependentis a preterito presenti et futuro. Dicimus q non est quid concessum: immo petendum est ab eis nonne potest homo scire aliquod fu turum nulla permutatione accidente in scientia: vt dato q deus crearet nobis scientiam aduentns sor. in ortu solis cras: r hec sciẽ tia in nobis continuaretur: r non innouaretur in nobis alia scien tia: tunc in ortu solis scimus nos ex dictis precedentibus quod ipse modo venire debet: et cum eadem sciemus post suum aduẽ tum ipsum venisse. vnde patet ex hoc quod vna scientia sufficit deo in comprehendere ista tria a tribus temporibus dependen tia. Remanet ergo q id quod dicunt. videlicet. q relatio depen dens a quodam scibili ppio ingreditur quiditatem: falsum est.

UVA. BHSC. IyR_120_2

Unde dicūt q variata relatione variatur res cui relatio fit essentialiter: z variata re.f. succeſſiue peruenit mutatio. Dicim⁹ nāq nos q si hoc esset verum isti sequerentur vestigia philosophorum in eo quod dicunt: q deus non scit nisi seipsum: z q scire seipsum idem est esse eius. si enim sciret hominem absolute vel animal vel brutum absolute: z ista differunt duabus relationibus: ergo non potest verificari q scientia sit vna z eadem rerū diuersarū posteq relatum z relatio variant: z quia relatio scibilium est substantialis in scientia: sequitur ergo ex hoc diuersitas z variatio non numeratio tantum: scientia enim animalium differt a scientia brutorum: z scientia albedinis differt a scientia nigredinis: ergo variantur manifeste: immo q plus: manifestum est q species: z genera accidentia vniuersalia infinita sunt multitudine et diuersa: ergo satis mirandum est qualiter istorum scientia ingrediat vnā scientiam simplicem.

¶Cum alga. induxit opinionem peripatheticorum: et eam declarauit hoc in loco. vult eis contradicere soluens questiones eorum: z inquit. peccata istorum reprobanda sunt. z primo namq dicemus eis quare negatis dictū dicentis. vz. q deus benedictus vnā habeat scientiā: vtputa in eclypsi que infert eū scire illā anteq sit: z qñ est: z post trāsitum. q. d. hoc abnegare non potestis: z reddit rationē: z inquit. he enim variationes reducunt ad relationes non inferentes permutationē in subſtātia scientis: ita q. i. tali modo q illa subſtātia repreſentat summā relationē: intātum q varietur: sicut variantur correlatiua. ¶Debes scire q duplex est relatio: quedam realis simpliciter. f. a parte vtriusq extremi: vt paternitas z seruitus: z huiusmodi nō potest aduenire alicui nisi mutatione facta in aliquo: vel propterea quia in re cui aduenit apponit quid nouum saltem realiter: quoniam si fiet filius: si pater non mutetur mutatione absoluta saltem mutabitur prout recipit aliquod accidens reale: tenendo relationē z fundamentum realiter distingui pro nunc. Altera est relatio realis ſm quid. i. a parte vnius extremi: z rationis a parte alterius: sicut relo rei efficte ad creatorē: vt inquūt theologi: z hmōi nullam penitus relinquūt mutationē in eo cui aduenium: potest ergo in proposito dici. q cum scientia dei sit esse dei: z scibilia sint relationes rerum creatarum quantuncunq res ipse mutentur scientia illa immutabilis semper erit cum relatio scibilium ad dei scientiam sit relatio secūdo modo preerposita: hoc autem Alga. exemplo testat: z inquit. quidam enim hō potest permutare situm quem habet cum alio. U. g. de dextra ipsius ad sinistram: vel econuerso. z sic successiue venient in eum relationes: z cum toto isto homo existens. i. stans non mutatur ex hoc aliquo modo. i. aliqua specie motus. Similiter debet intelligi in diuina scientia. videlicet q vna z eadez scientia sit preterita ab eterno: z futura in eterno z presens sine permutatione aliqua in eodem. (Id tamen quod dicunt.) Cum declarauit modum z fundamentum quo possibile est estimare illam dei scientiam sine mutatione dei. hoc in loco persoluit argumentum Auic. z primo proponit summā: z inquit. id tamen quod dicunt: q de necessitate mutatio scientis sequitur variationem scientie: z variatio scientie sequitur variationem scibilis temporalis. videlicet dependentis a preterito presenti z futuro. hec fuit ratio. absoluit z dicit. dicimus q non est quid concessum. vult dicere q totum est verum

Duplex relatio.

UVA. BHSC. IyR_120_2

verum ꝓter hoc.ſ.ꝙ mutatio ſciētie ſequitur mutationem ſcibilis.verum eſt eīm ꝙ ſi ſcia mutatur ⁊ ſciēs:qm̄ ſcia in ſciēte exiſtit:quēadmodū pfectio in ſuo perfectibili.Sed nō ſequit ꝙ ſi ſcibile mutet̄ vt ꝓterea ⁊ ſcia mutatione recipiat:⁊ tāto maxime quāto ſcia eſt cā rei ſcite:qm̄ vbi ſcibile cā ſit ſciētie ſine dubio:bene ſequitur ꝓmutato ſcibili ⁊ ſciam ꝓmutari:⁊ hoc oſtēdit alg.exēplo.⁊inquit.immo petēdum eſt ab eis:nōne pōt homo ſcire aliqō futurū nulla ꝓmutatione accidēte in ſcia:vt dato ꝙ deus crearet nobis ſciam aduentus Socratis in ortu ſolis cras:⁊ hec ſciētia in nobis cōtinuaretur:⁊ in nobis non innouet̄ ſcientia aliqua vſq; tunc.¶Tunc in ortu ſolis ſcimus nos ex dictis precedentibus.i. ex reuelatione preaccepta ꝙ ipſe modo venire dz:⁊ cū eadem ſciemus poſt ſuum aduentuz ipſum veniſſe.vñ ptz ex hoc ꝙ vna ſcientia ſufficit deo in comprehendere iſta tria dependentia a tribus temporibus.¶Tunc ad formaz qōnis reſpondens inquit. remanet ergo ꝙ id quod dicunt.vz.ꝙ relatio dependens a quodā ſcibili ꝓpzio ingreditur quiditatē.i.eſſentiam ſcibilis ⁊ ſcientie.falſum eſt vt ex his acceptū eſt.(Unde dicunt.)Adhucvult eis contradicere.⁊ primo repetit dictū eoz.⁊ inquit.vñ dicunt ꝙ variata rationevariatur res cui relatio fit eſſentialiter.i.variatur ſcibile:⁊ variata re.ſ.ſucceſſiue peruenit mutatio ſup.in ſcia.ergo a primo ad vltimū peruenīet mutatio in ipſo deo ſciēte. huic argumento non ſoluit:qm̄ iam ſoluerat:ſed obȳcit eis oſtendens quid ſequitur ad eos.⁊ inquit.dicimus nāq; nos ꝙ ſi hoc eſſet verū:tunc iſti ſequerētur veſtigia phoz.i.peripatheticorum veroz in eo qō dīcūt ꝙ deus nō ſcit niſi ſeipſum.⁊ dicunt ꝙ ſcire ſeipſum idem eſt qō eſſe eius.⁊ reddit rationē quare non poſſunt dicere aliter:⁊ ſua ratio cōſiſtit in hoc.deus nō ſcit particularia vt dicunt:neq; vniuerſalia:ergo ſcit tantum ſe.ſecūdam partē deducēs inquit.ſi eīm ſciret hoiem abſolute:vel alal vel bzutū abſolute:⁊ hec differūt duabus relationibus:qm̄ ſunt duo ſcibilia diuerſa.ergo nō poteſt verificari ꝙ ſcientia dei ſit vna ⁊ eadem rerum diuerſarum:⁊ reddit rationem.d.poſtq; relatum ⁊ relatio variant.i. qm̄ apud eos relatio variat ſcibile:⁊ variatio ſcibilis variat ſciam.ergo ſi ſcibilia ſunt multa:⁊ ſcientie erunt multe.⁊ hoc dicit.⁊ qz relatio ſcibilium eſt ſubſtantialis in ſciētia:vt dicunt.ſequitur ergo ex hoc diuerſitas ſcientiarū ⁊ variatio:non numeratio tantum:ſcientia enim alalium differt a ſcientia bzutoz:⁊ ſcia albedinis differt a ſcia nigredinis.ergo variant̄ manifeſte ⁊ addit.immo qō plus eſt: manifeſtū eſt ꝙ ſpēs ⁊ genera ⁊ accidentia vniuerſalia ſunt infinita multitudine vel ſimpliciter vel fere:⁊ ſunt adhuc diuerſa:ergo ſatis mirandum eſt qualiter ſcientia iſtorum ita diuerſorum ingrediatur vnam ſcientiam ſimplicem.Poteſt ergo argumentū contra eos componi in hunc modum. deus non ſcit ſingularia:eo qz ſequitur vario modo ſue ſubſtantie:eo quia variato ſcibili variatur ſcia:⁊ variata ſcientia variatur ſciens.Neq; poteſt ſcire vniuerſalia:qm̄ vniuerſalia ſunt multa ⁊ diuerſa:ſed diuerſitas ſcibilium diuerſificat ſcientiam vt dicunt.ergo non poſſunt ſciri vna ſcientia. ꝙſequens eſt falſum.ergo deus neq; vniuerſalia neq; particularia ſcire poteſt.ergo deus non ſcit niſi ſe.⁊ ſic redibit opinio peripatheticorum cōtra quam Auic.obiecit vt patet.Quare ſi deus poteſt ſcire vniuerſalia vna ſciētia quantūcunq; illa ſint diuerſa:etiam non eſt abnegandum ipſum ſcire ſingularia vna ſcientia numero ſine mutatione eius:⁊ hoc argumentū eſt demonſtratio contra Auic.¶Sed ambiget quis circa verbum Alg.an qui dem relatio poſſit attribui alicui nulla mutatiōe facta in ipſo:⁊ dico i ipſo: quoniam ſine dubio relatio omnis noua eſt vel ꝓpter nouitatē in ambobus extremis vel in altero vel in aliquo tertio alio ab eis: vt Auer.inqt.g. dubitatio

UVA. BHSC. IyR_120_2

positio Joā.iand

phy.cō.6.7.8.t.9.Joā.ian.in lib.phy.qōnis fol.dedit.t inqt.q relatio rea lis nō pōt esse in aliquo de nouo tanqz in subiecto nulla penitus trāsmuta tione facta in ipso.scdo inqt.q relatio bene pōt attribui alicui tanqz termi no nulla penitus transmutatione facta in eo vt exemplo probare nititur. hoc vide.primū pbat:qm sicut de qualitate:ita de relatione:ꝫ ḡlitas non pōt attribui alicui tanqz sbo nulla mutatione facta in illo.ergo nec relatio potest attribui alicui vt subiecto quin insit illi mutatio.adhuc nulla forma realis positiua potest alicui subiecto attribui nulla mutatione facta in illo a quo ꝑm esse distinguitur:sed relatio est forma realis particularis distin cta re esse a subiecto.ergo vt ꝓius. Adhuc omnis forma qua acquisita res que subest illi aliter se hz qz ꝓius acquiritur mediante aliqua mutatione: sed relatio est huiusmodi forma vt constat.quare ꝛc. ¶Sed mihi videt qd Joan.errauit multū in hoc.si enim relatio esset aliqua forma positiua di stincta ꝑm rem a fundamēto t termino:tunc ad ipsam non tantum esset mu tatio:immo t verus motus.cōsequētiam probo.t accipio q sor.sit albus vt octo rome:padue vero ꝓlato incipiat albefieri.tunc arguo.sicut successi ue albefit:ita successiue assimilatur magis ac magis.ergo sicut per partem post partem albefit:ita per partē post partem assimilabitur.ergo si similitu do sit forma positiua altera ab albedine:tunc sicut albefieri est motus:ita t assimilari erit motus.Secundo principaliter arguo.auer.6.phys.comm. 32.voluit q omne quod mouetur siue motu diuisibili siue indiuisibili sit p se diuisibile:t rationem dixit.quoniam omne quod mouetur motu indiui sibili mouetur motu indiuisibili:quoniam mutatio est terminus extrinse cus motus vert.arguo modo sic.omne quod mouetur motu diuisibili vel in diuisibili est partibile:sed omne quod recipit relationem nouam : mouetur vel motu diuisibili vel indiuisibili.ergo omne recipiens relationem nouaz erit partibile.conclusio est contra omnes:forma enim quando fit apud ip sum est indiuisibilis:t tamen relatione noua refertur ad agens adhuc intel lectus apud ipsum relatio noua refertur ad intelligibile:t tamen non est diuisibile.tertio Auer.4.phy.com.129.voluit q omnis motus subitus sit terminus alicuius motus successiui:vt illuminatio:sed receptio relationis realis in subiecto non est terminus motus successiui:vt patet.ergo non est mutatio subita. ¶Ideo aliter dicendum puto secundum doctrinam Aristi. t Auer. Vbi debes scire q ablato actu intellectus in relatiuis non est forma lis relatio.quemadmodum enim ablato actu intellectus in re non est nisi in diuiduum:sic ablato actu intellectus in relatiuis non sunt nisi fundamenta actu que sunt potentia relatiua:per animam autem inuicem actu referū tur.ergo relationes videntur esse entia in anima.t secunda intellecta:t hoc est quod Auer.ait.12.meta.commento.19.inquit enim relatio est debilior is esse aliis predicamentis.ita q quidam reputant ipsum esse ex secundis intellectis idest ens rationis. ¶Secundo debes scire q omnis relatio potē tialis extra animam consequitur aliquod quod acquiritur per motum vel in se vel in suo correlatiuo vel in tertio.v.g.socrates albus vt octauo fit si milis platoni propter mutationem platonis ex nigro in album:vel propter vtrumqz si ambo albefiant:vel propter tertium:vt Auer.ait.8.phys ic. loco suo.vniuersaliter autem dico q causa potest referri ad effectum nulla peni tus facta mutatione in causa:quoniam causa non refertur ad effetum per se:sed quoniaz effectus refertur in cām:t ideo causa non refertur ad effectū nisi eadē relatione qua refertur effectus ad illam. ¶Tunc dicendum.quod possibile est relationem aduenire alicui subiecto.vel attribui alicui termi no nulla mutatione successiua nec subita facta in subiecto.Secundo di

Error Joā.

positio ꝓ pria.

UVA. BHSC. IyR_120_2

eo q̄ pole est vna ⁊ eadē scia sciri scibile qō successiue variatur de tpe in tē-
pus.primū manifestū est qm̄ relatio potētialis nihil aliud est nisi funda-
mentum:vt dixi.modo stat fundamentū remanere idem relatione acquisi-
ta in potētia.Adhuc relatio actu sit per aiam:sed ens rōnis nō mutat rem
ergo ptz primū verbū.¶Rursum ptz icōm: qm̄ scōm Alga.⁊ Auer.scia dei
est causa rei:quare illa nō referr̄ per se ad scibile:sed potius scibile refertur
ad illam:sicut ergo nulla mutatione facta in deo nunc dicit̄ agens ⁊ prius
non.sic nulla mutatione facta in eo deus dicitur sciens sortem existentem
nunc:⁊ per eandem sortem fuisse ⁊ ipsum fore:qm̄ iste relationes referunt̄
in deum:⁊ deus ad relatiua illarum per accidens.verū si scia dei esset cau
sata a rebus quemadmodū nostra:tunc quemadmodū scibile variatur sic
⁊ scia:qm̄ vbi esset causata a scibili scia per se referretur ad scibile:⁊ cōtra
scibile ad sciam per accidens:vt Aristo.ait ⁊ Auer.5.meta.cō.20.Quod igi
tur relatio possit denominare subiectū nulla mutatione penitus facta in
eo:et q̄ deus sciat entia ꝑm variationem temporum:⁊ nulla contingat va-
riatio in eius scientia fit dictum intantum. Argumenta Joan. nihil sunt:
omnia enim supponunt fundamentū distingui ꝑm rem a relationibus:⁊ il
lud non est probatum ab eo neq̄ modo est presentis sermonis.

AUERROIS.

IPse dicimus q̄ omnes iste ambages sunt:⁊ oriuntur
assimilando diuinam scientiā humane scientie quod
ꝑm veritatē non cōmunicant nisi equiuoce. Cōprehē
sio em̄ humana est cōprehensio a sensibus:neq̄ com
prehensio indiuiduorum: ⁊ comprehensio vniuersa-
lium entium sumitur ab intellectu:⁊ ideo non est dubium q̄ com
prehensio imitatur comprehensorum mutationem.vnde dicim⁹:
q̄ respondendum est sibi.qō possibile est hic esse scientiam cui ta-
lis est comparatio scibilium sicut est comparatio relationu z que
in seipsis essentialiter non sunt relationes:sicut est dextra et sini-
stra in habentibus eas.

¶Auer.videt hoc in loco quasi respondere argumēto Auic.sub mō aper
tiōi.⁊ inquit.dicimus nos q̄ omnes iste ambages sunt: ⁊ ponit locum a
quo sunt sumpte.⁊ inquit.oriūtur assimilando diuinā sciam humane scie:
q̄ ꝑm veritatē non cōmunicant nisi equiuoce:⁊ hoc declarat.d.comprehē-
sio.n.humana est cōprehensio a sensibus.i.causata a rebus sensibilib⁹.vz.
comprehēsio indiuiduorū: ⁊ iterū cōprehēsio vniuersaliū entiū sumit̄ ab
intellectu.i.causat̄ a reb⁹ sensibilib⁹ mediante intellectu agente.vult ergo
habere sciam nostrā causari aliquo modo a rebus scibilib⁹: ⁊ per ꝑs scia
dei est causa rerum:tunc ad formā inquit.⁊ ideo non est dubiū q̄ cōprehē-
sio imitat̄ mutationē ꝓprehēsoꝝ.i.q̄ variat̄ nostra sciētia penes variationē
scibilis: ⁊ non econtra.(Unde dicimus.)Nunc vlterius quasi declarando
adhuc ponit modū quomodo est scientia dei.d.vnde dicimus q̄ sibi.i.ani.
respondendū q̄ possibile est hic esse sciam.i.esse in mundo sciam in aliquo
sciente cui talis est comparatio scibiliū.i.ad quē formaliter cōparant̄ sci-
bilia:sicut est comparatio relatiouz que in seipsis non sunt essentialiter
relationes.i.q̄ non sunt relatiua p se:sed p accidēs:q⁊ alia referunt̄ ad ipa
sicut est dextrū ⁊ sinistrū in habētib⁹ ea.i.i aiali respectu sup.colūne. ¶De Nota.
bes scire q̄ scientia nostra:q⁊ causatur a rebus scibilib⁹: ideo ipsa refertur
ꝓ se ad scibile:⁊ q⁊ scibile est causa scientie nostre:ideo nō referr̄ ad scia z

UVA. BHSC. IyR_120_2

nostram: nisi qz scia refertur ad ipsum. vt Arist. ait. 5. meta. scia vero dei est econtra. ipsa em̄ cū sit cā scibilitū: nō refert ad scibilia: nisi qz scibilia referuntur ad eam: z sic per accidens: vult ergo dicere auer. q̄ scia dei se habet ad scibilia sicut colūna: qm̄ sicut colūna est dextra vel sinistra: qz animal

Dubita. est hmōi: sicut scia dei est relatiua. s. presens vel preterita vel futura: qz scibile est illius modi. z sic pt̄z per secta solu. argumēti Alga. z Auicen. li Bm biges: qm̄ Auer. 7. phys. inquit. cō. 20. cognitio fit in nobis qñ transmutatur per receptionē particularitū z considerationē eozum: qm̄ cum consideramus particularia: fit ex hoc cognitio vniuersalis in nobis fm relationē ad illa. s. q̄ cum apud nos fit ex aliqua specie presens plusq̄ vnum particulare: statim fit in nobis species vniuersalis absq̄ eo q̄ in ipsa fiat transmutatio. Ex hoc arguo. illud qō fm se z essentiā propriā est permanens: et nō variatur nisi relatiue non est causatū a scibili. modo Auer. dicit sciam non causari nisi relatiue: quare ꝛc. Hoc habet videri in libro de intellectu.

Solutio. CAttamen pro nunc dicendum fm hunc philosophum: scientiam non fieri de nouo simpliciter: sed habitudine ad nos: prout enim nos per indiuidua cogitata disponimur: applicatur: intellectus fm vniuersalia illi⁹ vel illozum. ergo scientia est noua mihi non intellectui: sed vt est mihi noua causatur a rebus: z hoc sufficit. sed scientia dei ne in se: neq̄ alicui est noua: z ideo est simpliciter causa rerum: z tu non potes intelligere hoc nisi videas librum de intellectu.

ALBA. DUB. iij.

AIt Algazel. scōs vero modus quo possumus obiscere eis talis est. videlicet. q̄ quicunq̄ philosophoz dicat qō deus vniuersalia sciat: oportebit eum concedere q̄ ponat in eadem scientia numerationē specierum: vnde sic similiter possunt concedere numerationem scibiliū sue scientie in indiuiduis z comitantibus ipsoz. CPropositum alga. contradicere Aui. duobus modis: cum ergo expedit de vno alterū aggreditur z inquit'. scōs vero modus quo possumus obijcere eis talis est. z exponit illum. d. vz. q̄ quicūq̄ philosophoz dicat q̄ de⁹ vniuersalia sciat oportebit eum concedere q̄ ponat in eadem scia numerationem specierum. s. scibiliū in vlt. hz em̄ dicere q̄ deus scit hoiem vlem. lapidem vlem. z sic de alijs. Tunc arguit. d. vnde sic similiter possunt concedere numerationē suoz scibiliū sue scie in indiuiduis z comitantib⁹ ipsoz: idest accidentibus eozū. potest ergo argui in hunc modū. sicut multiplicatio scibilium vniuersaliū non multiplicat scientias vniuersales: sic multiplicatio scibilium particularium non debet multiplicare scientiā eozū: ergo argumentum Auicen. per huiusmodi est solutum.

AVERROIS.

MOs dicimus q̄ hec verba sunt sine dubio sophisticationes: quia scientia indiuiduoz sensibilis est seu phantasia: z scientia vniuersalium sumitur ab intellectu. Rursus innouatio indiuiduoz vel ipsoz comitantiū duo infert. vz pmutationē cōprehensionis z ipsius numerationē. Et scientia specierum z generum nullam infert permutationem: quoniā immutabilis est in se: licet vniuersalis z particularis cō-

UVA. BHSC. IyR_120_2

municant in numeratione: id vero quod dixit q̄ quicūq; philosophoꝝ concedat qđ vna ⁊ eadem scia genera ⁊ species cōprehendat absq; multiplicatione seu diuersitate causata a generū ⁊ specierum diuersitate. Dicimus q̄ ducit necessario ad concedendum qđ vna ⁊ eadem scientia cōprehenduntur indiuidua ⁊ contingēt ia cuiuslibet indiuidui. ⁊ hoc simile est dicto dicētis: qđ vnus est intellectus comprehendēs genera ⁊ species. Quēadmodū oportebit q̄ vnum genus simplex sit comprehendēs indiuidua diuersa. Dicoq̄ oia ista sunt verba sophisticalia nomē eñ scientie equiuocum est. Sed quod dixit. vz. q̄ multiplicatio generum ⁊ specierum infert scientie multiplicationem. Dicimus qđ verum est: vnde veri philosophi idcirco non attribuunt deo benedicto scientiā in particularibus neq; in vniuersalibus: scientia namq; que tales habet conditiones est sine dubio intellectus passibilis qui causatus est: modo primus intellectus est purus actus: ⁊ causa quare nulla debet fieri comparatio inter diuinam scientiaz ⁊ humanā. Quoniā enim alia nō intelligit impassibilis est: ⁊ inquantū alia entia efficit prout ipse est primus est scientia agens. Et declaratio philosophoꝝ est hec: cum declaratum fuit ab eis demonstratiue q̄ ipse deus non intelligit nisi seipsum: ergo ipse est intellect⁹ necessario. ⁊ quia est intellectus inquantum intellectus: ideo ab ente aliquo dependet: non tamen ex priuatione. vnde quicunq; fecerit demonstrationem q̄ nullum aliud sit ens: nisi ista entia q̄ a nobis intelliguntur: non est ita: qm̄ necessaria demonstratione declaratur qđ intellectus aliquis est qui dependet ab ente: a priuato enim impossibile est q̄ dependeat: neq; hic aliud ens reperiatur: ⁊ ideo opz quod intellectus dependeat de aliquo istoꝝ entium. Unde aut dependet de eo modo dependentie nostre scientie in eis: aut nobiliori modo. primum est falsum: remanet ergo qđ dei scientia dependeat de ente modo nobiliori nostre scientie: dependentia enim scientie nostre est quando res equatur ad intellectum: vnde si dei scientia nobilior est nostra: ergo dependet de ente modo nobiliori quo nostra scientia dependet de ente. ⁊ si sic: ergo ens duas habet entitates. vna nobilis. alia vero vilis: ⁊ nobilis causa est vilis: ⁊ hoc est id quod dicebāt aliqui antiquorum. videlicet. quod deus est omne.

¶ Cum induxit scōm modū alga. contra Auicē. hoc in loco vult videre qđ veritatis contineat: ⁊ quid nō. ⁊ inquit. dicimus nos q̄ hec verba sunt sine dubio sophisticationes. ⁊ rationē reddit. d. qz scia indiuiduoꝝ est sensibilis. i. sensatio seu phantasia: ⁊ scia vniuersaliū est ab intellectu. primū ergo peccatū Alga. est: qm̄ ipse nō bene accepit locum similitudinis: qm̄ scia dei circa vniuersalia est intellect⁹ ⁊ spiritualis. Nostra vero circa indiuidua est sensus ⁊ imaginatio: ergo hic est locus sophisticus penes equiuocationem sumptus. (Rursuz.) Cum ostendit locū erroris: vult hoc in loco oñdere

UVA. BHSC. IyR_120_2

